

- 4. Quare ad hujusmodi æquiva tollenda, ac elucidandam veritatem, dicebam reflectendum esse ad plurim diveriorum casuum distinctionem, in omnibus forensibus questionibus hodie ferè necessariam, ita segregando doctrinas, ne percutientes unum casum, alteri incongruè applicentur, ita (si possibile est) curando eam pestem, quam moderni inipidi Collectores in hac facultate induxerant, cum inepa congerie doctrinarum, & allegationum non distinguendo paleam à tritico.
- 5. Primus igitur casus est, ubi nullo dato casu mortis naturalis, vel civilis debitoris salviani, vel altero remedio hypothecarii in hoc interdicho salviani, vel altero remedio rei persequutorio agant contra tertium possessorem bonorum hypothecatorum, causam habentem ab ipso debitore jure privatæ, & conventionalis venditionis, vel alterius translationis, undè possessor ex beneficio juris offerendi, quod cui-cumque possessor etiam ex causa pignoris competit, actores repellere velit, & offerendo creditum; Isteque casu rectè procedit dicta conclusio, ut si possessor teneatur offerre pecuniam liberam, neque teneatur creditores recipere vinculatam cum dicta obligatione, vel cautione, atque hic est proprius, ac præctus casus, de quo loquuntur mox allegatæ decisiones, aliæque auctoritates in eis deductæ, ut habetur etiam *disc. præced.*
- 6. Alter casus est, ubi creditore anteriore possidente pignus, vel bona hypothecata, creditores posteriores exercere velint jus offerendi, quod eis jus tribuit adversus creditorem anteriorem possidentem bona debitoris jure pignoris, vel etiam jure privatæ, seu conventionalis dationis in solutum, juxta ea quæ ad hanc materiam juris offerendi habentur *sub tit. de emp. & vend. d. 31.* Et tunc in omnibus procedunt eadem rationes, & auctoritates, de quibus in casu præcedenti, ut creditor anterior non teneatur recipere, nisi pecuniam liberam, ex pluries in præcedentibus, ac etiam *sub tit. de feud. ad materiam Bullæ Baronum disc. 99. & sub tit. de cambis disc. 1. & 2.* ex insinuata ratione, quod vinculum hoc minuit de valore, Ideoque ita non diceretur offerri creditor totum creditum.
- 7. Adeoque totum offerendum est, ut quamvis bona, quæ possidentur, juxta casum præcedentem tanti non valeant, non per hoc admittitur possessor ad offerendum valorem, seu æstimationem, sed vel debet totum creditum offerre, vel rem dimittere, *Franch. decif. 38. num. 1. & ibi de Luca in addit. Cyriac. contro. 594. num. 5. & 6. Merlin. de pign. lib. 4. quæst. 81. num. 4. & segg. & frequenter;* Nisi bona in statu bonæ fidei meliorasset, quoniam tunc istud est meliorantis peculiare privilegium, ut admittatur ad offerendum antiquum valorem rei non melioratæ, *Franch. Cyriac. & Merlin. ubi supra Rota coram Dunozeo decif. 259. numer. 2. cum alio sub tit. de legit. & de ratiõ. disc. 35.* Ad quod conferre dicebam ad casum, de quo supra in Romana domus *disc. 24.*
- 9. Tertius casus est, ubi ad instantiam ipsius creditoris, judicialiter exequantur, ac subhastentur bona debitoris, qui naturaliter, vel civiliter mortuus dici non valeat; Licetator autem offerat pro pretio pecuniam vinculatam sub cautione restituendi primario sibi in casu evictionis, secundario autem anterioribus, vel potioribus, juxta communem frequentiore casum; Et tunc plures cadunt quæstiones; Primò scilicet, an iste licitator seu emptor, in ipsa re emptus reddatur ab hypothecis anterioribus, quarum experimentum transfundatur in pretium; Atque verior est negatius, nisi alias specialia jure cautum sit; Puta in Curia, quando venditio fiat auctoritate Congregationis Baronum, sive quod accedat chirographum Pontificium juxta auctoritates, de quibus infra.
- 10. Secundò, an contra eundem licitatore competat creditores posterioribus jus offerendi; Atque verior est negatius, nisi nullitas actus, vel ratio textus in leg. & qui sub imagine, *Cod. de distract. pignor.* aliter non suadeat ex deductis *sub tit. de emptione, & venditione disc. 31.* Tercia est quæstio, an positò, ut creditor recusat non valeat receptionem pretii cum dicto vinculo, habeat actionem contra debitorem pro indemnitate vel ad quanti interest dictum vinculum non adesse juxta *decif. 200. Vincent. Franch. cum aliis disc. 99. & infra d. 139.* Et quarta demum ad rem nostram quæstio est, an creditor, ad cuius instantiam facta est licitatio, teneatur recipere pretium ita vinculatam, atque cautionem præstare; Et verior ac recepta est affirmativa, ut habetur apud Arias de Mesa *lib. 1. variat. cap. 17. num. 32.*
- 12. Galeot. *lib. 2. contro. 38. in fine, Rota dicta decif. 178. numer.*

20. & segg. part. 10. recent. repetit. in pluribus locis ut supra, atque docet praxi quotidiana; Ex ea clara ratione, quod creditor, ad quos instantiam pignus prætorium venditur, non tenetur cujdem pignoris evictionem præstare, ut *tor. tit. Cod. creditor evict. pignor. &c.* bene tamen tenetur se probare omnibus anteriorum ad textum in *l. si procuratori, §. si ff. de tributor. actio. cum concordantibus per Galeot. ubi supra, Salut. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 43. num. 15.* Quia verò ita probatio est impracticabilis ob impossibilitatem probandi negativam, unde præterea plura resisterent inconvenientia; Vel scilicet, quod nunquam reperirentur oblatores, vel quia, si reperirentur cum dicto vinculo probationis anterioritatis, ob istius impossibilitatem, pecunia perpetuò inutiliter deposita obtemperaret, atque non resisteret finis, vel effectus, ob quem ad subhastationem processum est; Vel demum, quod oporteret vendere bona vilissimo pretio, cuius notabilem diminutionem causat ista circumstantia deficientis cautelæ evictionis, ut advertitur in sua materia *sub tit. de emp. & vendit.* unde propterea multæ fraudes, & collusiones committi possent; Hinc prudenter per modernos, loco dictæ probationis, subrogata est dicta cautio, quam creditor reculare non potest, nisi remanente actione indemnitate, vel ad quanti interest contra debitorem ut supra; Taliusque est praxi ferè omnium Tribunalium Europæ, in quibus cum ratione, vel dispositione juris communis vivitur, ut apud allegatos, & per Marin. in addit. ad Reverter. *disc. 82. in prim.*

Quartus casus est, ubi agatur de venditione, quam hæres beneficiatus faciat de bonis hæreditariis; Et tunc emptor quoad hypothecis defuncti tutus redditur, neque stante iusta cautela, ad ipsum pertinere deberet addicere vinculum in pretio, super quo solum jus remanet creditoribus juxta dispositionem textus in *l. fin. §. & si præfatam, Cod. de jur. delibit.* Adhuc tamen, juxta frequentiore praxim, necessitas dictæ cautionis in creditoribus intrat ex deductis *discurs. præcedenti;* Vel quia prudenter adiciatur per ipsum emptorem pro iis casibus, in quibus privilegium dicti textus non suffragetur; Vel quia sic cautela, de qua sit sollicitus ipse hæres beneficiatus ex ratione, de qua *eadem discurs. præcedenti;* Ideoque creditor dictam cautionem reculare non potest, quidquid sit, (hæreditate idonea existente, vel etiam non idonea,) an in præjudicium posteriorum, vel chirographariorum competat dicta actio indemnitate, vel ad quanti interest, &c.

Quintus demum (ad rem) casus est, ubi debitor defuncto, ejus mattimonium ponitur sub concursu creditorum, ac iudicis administratione; Et tunc in Curia est casus indubitus, ut creditores teneantur hujusmodi cautionem præstare ob expressam dispositionem Constitutionis Pauli *V. super reformat. Tribunal. in Bullar. inter illas dicti Pontificis Constitutione 77. registrata etiam apud Fenzon. ad statuta & apud Ridolphin. in praxi.*

Verum etiam in puncto juris communis, sive ex communi recepta praxi, omnino verior est, ut eadem cautio recusari non possit ex prædictis rationibus; Primò scilicet, quod alias emptores non invenirentur; Secundò, quod non invenirentur nisi pro longè minori pretio in præjudicium creditorum; Et tertiò propter obligationem creditoribus incumbentem sciendi dictam probationem impossibilem; Ac etiam ex dispositione, vel ratione textus in *dicta leg. fin. §. & si præfatam, Cod. de jur. delibit.* quod scilicet hæres beneficiatus non est verus hæres, sed potius legalis administrator, ideoque postea legalis administratio, dicta obligatio intrat; Multò igitur magis ubi, defecto debitore, bona ponantur sub magis formali administratione iudicis, cum tunc intrat dispositio, vel ratio dicti textus in *leg. procuratoris, §. si ff. de tributor. ad. ut cæteris relatis habetur apud Arias de Mesa dicta resolut. 17. lib. 1. num. 30. & 31. & tanquam abolitum supponitur dicta decif. 118. num. 15. part. 10. recent. alias decif. 321. Bichii, taliusque est generalis inconcussa praxi.*

Solumque intrat quæstio, de qua principaliter in hac facie specie actum fuit, an emptor reddatur tutus ab hypothecis creditorum anteriorum, qui in hoc concursu non intervinerunt, neque pro venditione intersteterunt, ideoque dicere valeant se velle in iudicio salviani, vel altero eorum hypothecarum experiri, ut liberam satisfactionem ex fructibus obtineant, istaque erat actorum præsentio, ex auctoritatibus deductis supra in primo casu; Et tunc intrant distinctiones, de quibus post Fontanell. & Carleval. ac alios habetur apud Salgad. in *labyrinthi. part. 1. capit. 8. & part. 3. capit.*

3. capit. 10. numer. 7. cum sequentibus, & Oleam de cess. jur. tit. 4. quæst. 2. numer. 27. & 28. an scilicet anteriores fuerint specialiter citati, vel etiam generaliter per dicta in hujusmodi concursibus apponi solita, ut eis præjudicatum remaneat in exercitio hypothecæ super ipsi bonis, remanente eorum jure in avocatione pretii posterioribus, quoniam sibi impudent, cur comparare neglexerint, atque satisfactionem obtinere, cum alias hæres judicialis administratio sequi non possit; Secus autem dicta specialia, vel generali citatione non accedente, cum tunc dicta ratio non intrat; Et consequenter, cum in hac facti specie neutra ex dictis citationibus accessisset, atque in se actio anteriorum, ad instantiam posteriorum dicta venditio facta esset, hinc pronè dicebat scribentes pro actoribus, ut salva remaneret hypothecæ exercibilis in ipsi bonis contra emptorem.

17. Admittendam ego dictam distinctionem pro meo iudicio probabilem ad alios effectus, non autem id ipsum necessitatis præstandi dictam cautionem, ubi scilicet venditio pro minori pretio facta esset cum præjudicio creditorum anteriorum non vocatorum, quorum propterea interfecit eorum hypothecæ exercere, ad effectum, ut denudò bona cum eorum diligentibus pro majori pretio, seu cum melioribus conditionibus vendantur; Sive ubi (ut in præsentem in facto verificabatur) quod cautionis à posterioribus præstitæ, non essent idoneæ, unde propterea de facto anterioribus non essent consultum super avocatione pretii; Tunc enim rectè intrat eorum hypothecæ exercitium pro nova venditione, ad effectum obtinendi pretium, semper tamen cum dicta cautione, quæ nullatenus evitari potest, cum dato concursu formali, non detur casus obtentionis pecunie liberæ.

18. Non potest enim anterior dicere (ut dicere potest in primo casu supra exemplificato) se velle exercere hypothecam in salviano, ad effectum sibi liberè satisfaciendum cum fructibus, quoniam per posteriores cogi potest ad vendendum, eo quia irrationabile est, ut bona defecti debitoris postea sub concursu, stare debeant inventa, & subiecta preemptionis, vel deteriorantis periculo in dampnum aliorum creditorum; Possimè ubi (sunt parum fructifera, ut frequenter contingit in palatiis, & in villis ad oblectamentum, ac similibus, unde propterea cum creditor in pignore prætorio non teneatur nisi ad perceptos non autem ad percipiendos, ex deductis infra d. 133. & segg. ita postea creditor anterior, pro modica summa, bona magis valoris retinere, atque de facto ea sibi appropriare ad communem traditionem DD. in leg. à Divo Pio. §. quod si res, ff. de execut. rei judicata.

Ac etiam, quia pro ipsismet fructibus percipiendis, ut potest sine dubio avocationi subiectis, postea iudex, immodè deberet dictam cautionem exigere, ut ita consultum remaneret ignoris anterioribus postea venientibus; Eo enim ipso, quod bona postea sunt sub formali concursu, ac iudicis administratione, totum, quod percipitur, percipiendum est à manu ipsius iudicis, qui tanquam optimus administrator solvere non potest, neque debet, nisi iis, qui se probent ut supra omnibus anteriores, vel potiores, & loco cuius impossibilis probationis cautio successit.

Effectus enim præcipuus obtinendi liberam solutionem, consistit in evitanda avocationem pecunie bona fide consumptæ, vel commixtæ juxta conclusionem, quæ ex æquitate, ac ratione commercii recepta est ad magistralem *decif. 190.* Afficit cum aliis, de quibus *disc. 52.* ad hanc materiam avocationis; Ista vero conclusio (posito concursu creditorum in patrimonio debitoris defecti) hominè impracticabilis est, quoniam inter alias limitationes, quibus illa subiacet, dux in proposito intrant; Primò scilicet, ubi creditor sibi ipse, ac manu sua solutionem obtinet de bonis debitoris ex deductis per Capyc. *Latr. dec. 24. nu. 24. Rota dec. 51. 6. n. 4. part. 4. recent.* Et secundò, ubi agitur de debitorum brevi manu pecuniam creditor dictæ qualitatis conscio solvisset, dicta conclusio non suffragetur, sed avocationi loci sit juxta *decif. 1074. Seraph. decif. 338. Penæ cum concord. per add. ad decif. 9. n. 47. part. 3. recent.* & advertitur in aliis *hoc cod. tit. Idemque ubi per manus hæredis eadem solutio sequeretur ut disc. præced.* Adeò verè, & propriè dicta æquitativa conclusio, solum intrat in ea solutione, quæ pro commercii libertate bona fide fiat per debitorem integrum habentem liberam ejus bonorum administrationem; Et consequenter data debitoris morte naturali, vel civili, multoque magis utraque (ut in presentem contingebat,) dati non

potest casus, ut creditor idèd recuset præstare cautionem, quia obtinere possit solutionem liberam cum exemptione ab onere restitutionis, seu avocationis.

Hinc pronè (applicando ad rem) ubi cessant dicta inconvenientia superius enunciata, Vel scilicet collusivæ, parumque diligens venditionis bonorum pro inferiori pretio, Aut quod minus idoneæ cautiones acceptæ sint, adeòt novum exercitium hypothecarum non possit probabiliter meliorem effectum producere, sed potius esset exponere periculo effectus deteriores, quod scilicet in nova venditione non reperiretur idem pretium, pro quo venditio jam facta est, tunc esset circuitus merè inanis, ac potius malignus in præjudicium posteriorum, ac emptoris pro iudicem non permittendus ex juris regulis hujusmodi inanes, ac potius præjudicialis circuitus prohibentibus; Ideoque reflectendo ad veritatem, in hac facti specie advertebam totum punctum esse super cautionum idoneitate, adeòt prompta esset avocatio à posterioribus illius quantitatis, quæ adæquaret debitum actoribus; Hoc enim positò evitare non poterat vinculum, neque coram intereat, an ex nova venditione majus pretium sperari posset, nec ne, cum de hoc inquirere pertineret ad creditores posteriores, qui alias derectè remaneret, istamque dicebam videri germanam hujus materis veritatem; Verum non profuerunt, dum peritum fuit in decretis, licet ex aliis motibus facti causa dures.

**ROMANA PECUNIARIA DE COMITIBUS PRO DUCISSA, & aliis de COMITIBUS CUM DUCE AQUÆPARTÆ.**

Casus decisis per Rotam pro Duce.

An, & quando creditor creditoris, actionem habeat contra debitorem mediatum, non obstante solutione facta proprio creditori immediato; Et quid ubi accedit accollatio, an ea non obstante, proprio creditori solvere possit, ac liberationem obtineat.

**S U M M A R I U M.**

1. Adh series.
2. Resolutiones casus.
3. Solvens proprio creditori bene solvit quamvis non sit dominus rei mutuatæ.
4. An bene extinguatur census cum procuratore, cum quo creatus est.
5. De eadem conclusionem, de qua n. 3. etiam sejus nomen sit effectum creditoribus.
6. Dux promittens, si unum implet, non satisfacit obligationi.
7. Quod copulativa resolvatur in alternativam, & p. contra.
8. Per stipulationem Notarii acquiritur tertio etiam ante acceptationem irrevocabile.
9. Accollans in se debitum habetur, ac si directè illud contraxisset.
10. Recipiens pecuniam ab alio, ut debita extinguat, an dicatur accipere mutuum.
11. De eodem, & quidem importet.
12. Quando duo promissa dicantur compatibilia, vel incompatibilia.
13. Quando semel solvens non liberetur, & demum teneatur.
14. Quod accollans debitum non possit solvere ei, cum quo contraxit.
15. Vbi etiam solutio vera liberat, attamen sicca non sufficit.

**D I S C. LV.**

Cum Dux Camillus, & Horatius fratres de Comitibus, obtinissent à Sixto V. erectionem montis in locis 500. pro eorum debitis extinguendis, deputato Philippo in Urbe campore ejusdem montis depositario, emit dicta 500. loco pro pretio seutorum 50. m. quæ se constituit tenere in depositum in ejus banco, ad effectum extinguendi intra duos menses debita, assumendo in se onus extinctionis, cum obligatione relevandi dictos venditores inennes à quocumque præjudicio alias resultantem; Philippus autem dedit Federico Duca Aquæpartæ scuta 8200. cum assertione, quod essent de prædictis scutis 50. m. depositatis, Ideoque Federicus subintrans in locum Philippi, promisit intra certum terminum extinguere tot census specificatos,

cificatos, cum obligatione relevandi indemnes, tam di-  
 dum Philippum, quam prefatos de Comitibus; Cum  
 autem Federicus obligationem adimplevisset per sola sum-  
 ma scutorum 2200. reliqua vero 600. restituit, repora-  
 ta quietantia, eidem Philippo postmodum defecto, unde  
 propter prefatos Dux Camillus pro extinctione cen-  
 sum pro dicta rata scutorum 600. non extingtorum, illos  
 una cum fructibus, cum notabili damno, extinguere co-  
 actus fuit; Hinc proinde, ac haereditate respectu, iudicium  
 instituerunt coram A.C. contra Federicum successorem, ob-  
 tentioque mandato, atque commissa per Signaturam cau-  
 sa appellationis in Rota coram Bourlemont, cum clausu-  
 la *si quidem exequendum*, datoque dubio ex rescripti ven-  
 tre resulante, An mandatum esset exequendum sub die-  
 bus 1. Aprilis 1661. & 23. Januarii 1662. negativæ pro-  
 dierunt resolutiones, in alia instantia confirmata sub  
 die 14. Martii 1664. coram Nimot, atque in hoc statu  
 causa fuit.

In his autem dispositionibus, punctus erat, An Dux  
 Federicus, qui dictos census in se accollat, cum obli-  
 gatione eos extinguendi, ac relevandi indemnes, tam  
 Philippum datorem pecuniarum, quam dictos fratres de Co-  
 mitibus debitores, possit, necne restituere pecuniam  
 Philippo, à quo receperat, negligendo extinctionem.

In hoc autem dicebant Scribentes pro successore Federici  
 Reo, convento, quod dictus contractus aliud non importa-  
 ret, nisi mutuum, quod Philippus fecerat Federico, cum  
 promissione facta eidem Philippo acceptam pecuniam ero-  
 gandi in prædictorum censuum extinctionem, unde propte-  
 rea, quando mutuatarius in eam causam pecuniam erogaf-  
 set, bene egisset, atque liberationem reportasset, sed non  
 per hoc prohibetur acce restituere mutuum ipsi mutuatori,  
 qui dictus census personaliter incumbat, deducendo in id  
 conclusionem à Rota in proposito receptam, quod sufficit  
 debitor solvere illi, qui sibi crediderit, & quem in ejus  
 creditorem agnovit, quoniam rectè distrahi potest cum eo,  
 cum quo contractus est nomine proprio, quamvis iste con-  
 traxisset cum pecunia alia, seu alteri affecta, cujus liberam  
 administrationem non haberet, puta, quia esset in-  
 trusus, vel filius familias, sive administrator, aut alias  
 non dominus, ad theor. Bartol in l. quod servus. ff. de solut.  
 & l. cum qui, §. quid ibi nu. 2. ff. de verb. oblig. Alex. in l. filius  
 sub nu. 1. Cod. de pact. ubi Azor. nu. 6. cum aliis per Surd. conf.  
 sub nu. 2. Salgad. in labr. par. 1. cap. 27. nu. 83. cum seqq. & in  
 causa decisionibus.

Atque ad idem conferre quoque observabam ea, quæ  
 habentur deducta sub titulo de censibus, super puncto, an  
 debitor, qui census imposuit cum procuratore, vel nego-  
 tiorum gestore absentis, rectè cum eodem extinctionem  
 ejusdem census faciat, quoniam ibi difficultas constituebat  
 in eo, quod ille contraxisset proprio nomine, atque  
 promissio debitoris directa esset ad principale creditorem,  
 cujus favore census creatus fuerat; In præsentem autem, pro-  
 missio solvendi, ac extinguendi, personaliter facta erat ipsi  
 Philippo, qui pecuniam dederat tanquam propriam, ac no-  
 mine proprio obligationem receperat; Ideoque sufficit sol-  
 vere proprio creditori, ac distrahere cum eo, cum quo con-  
 tractus est, non curato consequitivo, seu accessorio præ-  
 judicio, quod alteri resulat ex iis, quæ ad materiam text. in  
 l. nomen, Cod. quæ res pign. obligat. poss. habentur pluries in  
 præcedentibus super conclusionem, quod solvens proprio  
 creditori, quoties non accedat expressa inhibito hominis,  
 nempe iudicis ita mandantis, vel inhibito legis, quæ à de-  
 coctione reulante dicitur, bene solvit, quamvis sciat suum  
 creditorem esse debitis implicium, quoniam id curare non  
 tenetur.

Cum ex parte actorum diceretur, quod promissio facta  
 per Federicum ad favorem Philippi non esset de sola solu-  
 tione, sed etiam de extinctione cum copulativa Et, utrum-  
 que æquum conjungente, ideoque iuxta copulatum natu-  
 ram non sufficit unam adimplere, quoniam plura copula-  
 tive promittens, unam adimplendo, non dicitur propria  
 obligationi satisfecisse, sed remanet in aliis debitor ad text.  
 in l. si quis ita stipulatus, ff. de verb. oblig. ubi communiter Scri-  
 bentes, cum sit principium certum, quod per Scribentes in  
 contrarium non denegatur.

Respondent (atque decisiones repositionem admittunt)  
 ut in rectè procedat, quando utrumque copulatum  
 compatibiliter adimpleri potest; Secus autem, ubi incom-  
 patibilitas, vel absurdum accedat, quoniam tunc copula-  
 va resolvitur in alternativam, atque sufficit unum ex alter-

natis adimplere; Cum novum non sit in jure, ut copulati-  
 va resolvatur in alternativam, & e converso alternativa in  
 copulativam iuxta subjectam materiam, ut præferim habe-  
 tur pluries sub tit. de fidei commissis, & alibi, cum aliis in cau-  
 sæ decisionibus, in quibus ponderatur incompatibilitas  
 utriusque actus, quod scilicet pecunia mutua restitui  
 deberet ipsi Philippo mutuatori, atque copulative erogare-  
 tur in extinctionem censuum, pro quo oportebat per actum  
 retrofimum illam restituere creditoribus, duplicata solu-  
 tio faciendâ esset; Atque in prima decisione datam, ac  
 injustum dicitur, ut facta semel restitutio ejus, quod  
 acceptum est, denuò restitutio fieri debeat.

E converso ego, & alii pro actoribus scribentes diceba-  
 mus, quod cum Federicus in se accollat dictos census,  
 quoniam extinctionem, atque expressè promissit rele-  
 vare indemnes dictos de Comitibus principales debitores,  
 quorum depositam pecuniam Philippus ei dare professus  
 fuerat, ita ipsis quamvis absentibus, jus irrevocabile qua-  
 situm fuerat, stante stipulatione Notarii explicita pro eis  
 absentibus, ac etiam altera stipulatione implicita, quæ inest  
 in obligatione camerali, ut ultra generalem theor. Bartol.  
 & sequentes in l. quoties, Cod. de donat. que sub mod. de qua  
 cæteris relatis apud Rovit. decis. 89. Merin. contr. 89. lib. 1.  
 Rot. post Zach. de oblig. camer. dec. 189. repetit. dec. 40. par. 9.  
 rec. & pluries sub tit. de donat.

In specie accollationis debiti cum stipulatione Notarii  
 ad favorem creditoris absentis, ut in istius præjudicium  
 non possit, qui debitorum accollavit, illud extinguere cum  
 tunc creditore, eo quia fingitur, ac si ille, qui accollatio-  
 nem fecit, directè, ac immediate contraxisset cum credi-  
 tore, cæteris relatis firmatur per Rot. apud Cenc.  
 de cens. decis. 172. num. 6. & apud Bichium decis. 33. & decis.  
 339. repet. decis. 138. p. 10. recent. nu. 11. ac in aliis per Cenc.  
 quest. 37. nu. 16. Fortius verò, quia post sequitur hujusmo-  
 di accollationem, Philippus quamvis absente Federico,  
 curavit ut dicti fratres de Comitibus dicto actui consensum  
 præstarent, unde propterea ita sequuta dicebatur accepto-  
 ratio dictæ promissionis.

Neque præmissa subsistere videbantur, præsertim affum-  
 ptum, seu præsuppositum, quod ageretur de simplici mu-  
 tuo, quod nomine proprio, ac de propria pecunia Philippi  
 fecisset Federico; Idem tenor pro meo iudicio videbatur  
 clarum æquivocum, quoniam Philippus pecuniam datur, ex-  
 pressè profectus fuerat dare illam pecuniam tanquam de-  
 positatam in ejus banco per dictos fratres de Comitibus ad  
 dictum effectum, quamvis enim ex natura depositi irregu-  
 laris, dominium pecuniarum esset ipsius depositarii, non au-  
 tem deponentium; Attamen dicta expressio attendenda  
 veniebat pro declaratione voluntatis, & quo nomine ipse  
 eam dicto Federico daret.

Et clarius, quia idem Federicus eam recipere professus  
 est, non tanquam simplex mutuum mutuatori restituend-  
 um, sed tanquam pretium censuum ab eo extinguend-  
 orum, quorum commodum, & incommodum omnim-  
 odum ex tunc in se assumpserat, adeo ut potius videretur em-  
 pto, & venditio respectu dicti oneris, quod translatur  
 in Federicum accollantem, tanquam emptorem, ejus com-  
 modo, & incommodo credere deberet. eodem modo, quo  
 conventum fuerat, ut dederet ipsi Philippo, adeo ut si casus  
 dedisset feudorum censuum peremptionem, ob quam  
 iuxta naturam contractus censuales factus esset locus ipso-  
 rum censuum lucro ad favorem debitoris, istud lucrum ante  
 huiusmodi accollationem fuisset Philippi, non autem dicto-  
 rum fratrum de Comitibus, dum ipse eos in se omnino ac-  
 collaverat, & successivè pro hac rata fuisset ipse Federi-  
 cus, qui expressè subintraverat in Philippi locum, Ideoque  
 nullatenus intrare videbatur ea, quæ de mutuo in de-  
 cisionibus dicuntur, impositè à casu conditionis extraneæ,  
 adeo ut conclusiones essent in suis casibus veræ, sed male  
 ad istum applicatæ.

Ad motivum verò incompatibilitatis, ad quod causa  
 punctus restringi videbatur; Respondendum, quod pariter  
 defectus erat in applicatione, cum revera dicta incompati-  
 bilitas pro meo iudicio adesse non videretur; Quamvis enim  
 promissio extinguendi, ipsi Philippo facta, seu directa esset,  
 attamen id sequitur sub, quia ipse Philippus principaliter  
 quoque intererat dictam summam in se assumpserat, ide-  
 que generale onus pro integra summa in se assumpserat, ide-  
 que rectè possunt simul stare, ut ipsi promissio facta esset,  
 ea tamen adimpleretur in ipsam causam extinctionis, in  
 quam ea facta erat, non autem in diversam.

S U M M A R I U M.

- 1 Fidei series.
- 2 Pena conventionalis non exigitur ultra interesse.
- 3 An valeat pactum, ut cessante debitor à solutione pa-  
 gna, cesset dilatio.
- 4 De pacto commissario, an valeat.
- 5 De eadem conclusione, de qua num. 3.
- 6 De reductione pensionis sub pacto solvendi præcisè statu-  
 to tempore.
- 7 Quando cessatio dilationis non importat penam.
- 8 De cambiis limitatis sub pacto, ut eis non solvatis sint cur-  
 ventia.
- 9 De differentia, an pactum sit panna, vel conditionale.
- 10 Non datur purgatio moræ in pacto resolutivo.
- 11 De pacto rescissorio in censu.
- 12 Debitor non potest dare dilationem ejus debitori in præ-  
 judicium creditorum.
- 13 Debitor solvit creditori in præjudicium creditorum, sed  
 non obtinet gratulam liberationem.
- 14 De statuto fori Mercatorum Bononiæ.

D I S C. LVI.

Ac etiam, quia cum ex frequentiori usu pecuniarum resi-  
 tuende creditoribus censuario post factam distictam ad formam  
 Constitutionis Pii V. deponi soleant in publico banco, ut ad-  
 verterit pluries in sua materia sub tit. de censibus, hinc eam-  
 dem promissio ad id quoque referri potest, scilicet ad effec-  
 tum, ut Philippus magis certus de extinctione redderet,  
 voluerit depositum, ac respectu extinctionem fieri, in ejus  
 banco, sed ad dictum effectum non autem liberè restituendo  
 pecuniam tanquam per speciem restitutionis mutui, ideo-  
 que data compatibilitate, intrabat de plano virtus, vel  
 operatio copulativæ, ut utrumque copulatum impleri de-  
 beat, atque unum non sufficiat.

Ad alterum autem motivum absurdi resultantis à dupli-  
 cata ejusdem debiti solutione, facilis erat responsio, quod  
 scilicet in jure novum non est, ut qui semel malè solvit, de-  
 bito solvere teneatur, ut de hærede malè solvente sine de-  
 bita cautione habetur disc. præcedenti, & de censu malè ex-  
 tincto habetur d. tit. de censibus disc. 23. cum duobus seqq. &  
 de aliis casibus disc. sequenti, cum similibus, dum paria sunt  
 non facere, ac malè facere, ideoque punctus erat, an bene  
 pecunia liberè soluta esset dicto Philippo, necne, dum  
 rectè utraque obligatio impleri poterat, solvendo scilicet in  
 banca ipsius Philippi prævia disticta, & interpellatione  
 creditorum pro extinctione, cum non videretur, quomodo re-  
 sponderi posset obligationi, quam Dux Federicus expressè  
 fecit assumptam in se totale onus dictorum censuum, at-  
 que ex tunc relevandi indemnes tam Philippum, quam  
 prefatos de Comitibus principales debitores.

In proposito autem accollatis in sequalia debita vendi-  
 toris, seu ejus creditoris, pluries agit contingit de dicta con-  
 clusione, quod scilicet, ubi accedit juramentum, vel sti-  
 pulatio Notarii explicita, vel etiam implicita sub obli-  
 gatione camerali, fortius verò, ubi utrumque acquiritur ac-  
 collatio quamvis absentis, etiam ante acceptationem, jus  
 irrevocabile, adeo ut non possit ille, qui accollationem fecit  
 solvere venditori, seu priori creditori in præjudicium  
 ejus, qui accollatus est, quoties aliud non fideant facti  
 circumstantiæ, ex quibus potius, quam ex dispositione ju-  
 ris alias dictum fuit in hujus causæ decisionibus.

Et nihil diluimus, ubi etiam daretur casus, quod accolla-  
 tionem non obstante, debitor, qui eam fecit, priori creditori  
 solvere posset, atque ita liberationem consequi, adhuc ta-  
 men intelligendum venit, ubi vera, & effectiva solutio ac-  
 cedat, secus autem, ubi solum confessata, & per simpli-  
 cem quietantiam verbalem, cum ista neque sufficiat in ca-  
 su, quo agatur de debitorum cessio, qui verè, sed non fide  
 solvere potest cedenti, quoties non accedat requisita text.  
 in l. 3. Cod. de novat. ex iis, quæ cæteris relatis habentur  
 apud Gait. de cred. cap. 2. tit. 3. ex nu. 471. & Salgad. in la-  
 br. par. 1. cap. 27. num. 63. Magna enim differentia est in-  
 ter veram, & fictam, seu confessatam solutionem, quo-  
 niam in perlicite casibus, vera liberat, confessata verò  
 non, ut habemus in tuore, Prælato, procuratore, hæ-  
 rede gravato, & similibus, ac etiam in ipsomet credito-  
 re in præjudicium ejus creditorum ad terminos text. in di-  
 cta l. nomen, C. que res pign. obl. poss. quia si non potest  
 remittere, ergo neque confiteri.

ANNOT. AD DISC. LV. cum seqq.

Agitur in his discursibus de materia pulsandi debito-  
 rem non obstante solutione, quia malè, vel nulliter  
 ea sequuta prætendatur, ad quod videri poterunt deducta  
 hoc eod. tit. disc. 40. 46. & 48. sub tit. de cens. disc. 22. & seqq.  
 de Tutor. & Curat. disc. 7. sub tit. de Legitim. disc. 23.  
 Decisiones autem enunciatæ in disc. 55. sunt impressæ par.  
 13. rec. dec. 311. & inter illas Ninot. dec. 64.

BONONIEN. DILATIONIS PRO CREDITORIBUS CAROLI CATALAN. C U M N.

Causa disputata coram A. C. incertus est exitus.

De eadem materia, an creditor agere possit contra  
 debitorem sui debitoris, non obstante solutione  
 facta, sive dilatio debitori concessa per imme-  
 diatum creditorem.

Et de validitate pacti, ut deficienti debitor à solutio-  
 ne alicujus pagine, vel alterius implementi, cesset  
 dilatio sibi concessa, sive aliud præjudicium resultet.  
 Card. de Luca Lib. VIII.

Sequitur morte Caroli probati negotiorum, cujus hære-  
 ditatem forte mala administratio domesticorum defe-  
 ctam reddidit; Cum in libris negotii reperter esset N. ejus  
 scripturalis debitor cujusdam summæ; ad ejus solutionem  
 per creditores pulsabatur, non negabat ipse debitum, sed  
 excipiebat de longa dilatio 30. annorum per eundem  
 Carolum sibi concessa, divisim paghis minutatim singulis  
 annis, sub conditione tamen, ut eo deficienti solvere sta-  
 tutis temporibus quamlibet pagam, dilatio cessare debe-  
 ret; Quare introducta per appellationem causa coram  
 A. C. tres erant puncti; Primò scilicet, an constaret de di-  
 ctæ dilationis concessione; Secundò quatenus constaret,  
 an purificata esset dicta conditio resolutiva ob non factam  
 pagam statutis terminis; Et tertio an positò, quod dicta di-  
 latio non cessaret, possent creditores, ea non obstante  
 dictum debitorem sui debitoris cogere ad solutionem.

Primum punctum consistebat in nudo facto, unde propte-  
 rea causa Patroni inter se certabant, an probatio, quæ per  
 testes facta erat, bene concluderet, necne; Quatenus verò  
 pertinet ad secundum, Scribentes pro debitoribus dicebant,  
 quod dictum pactum adimens debitori dilationem, esset  
 penale utpotè tollens jus æquitatis, & consequenter, quod  
 attendendum non esset ex æquitate canonica, per quam re-  
 ceptum est, ut pena conventionalis non exigitur ultra id,  
 quod interest ex adductis per Afflic. dec. 134. & Rot. dec.  
 170. n. 4. par. 1. rec. Et in specie hujus pacti, quod ex dicta  
 ratione non subsistat, plene Leotar. de usur. qu. 38. per tot.

Scribens Ego pro creditoribus dicebam, quod ubi etiam  
 dictum pactum adjectum esset super dilatio, quæ ab in-  
 itio contracti debiti concessa sit, adhuc tamen verius est,  
 pactum valere, ut rejecta distinctione, an agatur de dila-  
 tione concessa ab initio, vel ex intervallo verius firmatur  
 apud Barz. decis. 16. numer. 17. atque nullam habere vide-  
 tur probabilem dubitanti rationem, quoties exinde non  
 resultet aliqua usurarum fraudis, ut occasione pacti commif-  
 sorii, seu aliàs penalis advertitur sub tit. de usur. discurs. 8.  
 cum prohibito penæ conventionalis ex hac ratione princi-  
 paliter emanet, ne aliàs usuris fraus fiat, atque sub hoc co-  
 lore, seu pallio penæ, seneriores à suffocatis debitoribus  
 usuras extorqueant ex deductis in dicta sua materia; Ideo-  
 que ubi ista ratio cessat, atque creditor poterat ab initio  
 dilatio non concedere intrat eadem ratio, de qua in-  
 fra in alia parte distinctionis, quod dilatio concessa fuerit  
 ex intervallo.

Verùm non oportuit formiter examinare veritatem di-  
 ctæ primæ partis distinctionis, quando scilicet pactum  
 adimat dilationem ab initio concessam, cum in hac facti  
 specie veritatem in secunda parte debiti ab initio puri, pro  
 quo creditor ex intervallo pro eis benevolentia dilationem  
 debitori concesserat; Tunc enim recepta est hujus pacti  
 validitas, ut bene Cagnol. in l. si quis major num. 59. Cod.  
 de transact. & aliis plenè deducti per Barz. dicta decis. 16.  
 numer. 1. cum seqq. Rot. conf. 90. numer. 12. tom. 2. & sup-  
 ponitur tanquam certum per Rotam apud Burat. dec. 531.  
 occasione agendi de pacto in Curia frequenter adici loci  
 super aliqua diminutione pensionis, quæ titulari fiat à pen-  
 sionario sub pacto, seu conditione punctualis solutionis sta-  
 tutis temporibus, & non aliàs.

Isto etenim casu nulla cadit ratio dubitandi, neque fraus usuris fieri dicitur, quoniam debitor in tempore non solvens, vel non adimplens, aliquam non incurrit poenam, sed solum non consequitur gratiosam dilationem, vel debiti diminutionem, sub hac conditione solutiva sibi concessam tanquam ex deficiente voluntate concedentis, qui citra injuriam poterat non concedere juxta terminos generales text. in l. 1. § 2. Cod. de donat. que sub mod. de quibus in sua materia sub tit. de donationibus; Et magis ad rem juxta terminos textus in l. pecunie, ff. de usur. de cujus dispositione pluries agitur sub tit. de Cambiis præsertim disc. 6. occasione agendi de cambiis limitatis sub pacto, ut debitor deficiente à solutione illorum statuti terminis, teneri debet ad cambia currentia, quoniam non est incursum poenæ, sed subtractio lucri, ac resolutio donationis, quam de illo pluri creditor sub ista conditione facere voluit.

Ideoque magna differentia est inter incursum poenæ, quæ tunc adesse dicitur, quando proprium patrimonium diminuitur, atque jus quæsitum amittitur, & non assequutionem lucri juxta distinctionem, de qua cæteris relatis plene sub tit. de testam. disc. 73. occasione agendi, An, & quando conditiones restringentes libertatem matrimonii validæ sint, necne, ac etiam sub tit. de fideicom. disc. 154. ubi de distinctione inter dispositiones conditionales, & penales, & alibi pluries præsertim sub tit. de matrimonio in diversor. Ecclesiasticæ.

Hinc proinde quamvis in materia emphyteutica ad evitandam poenalem caducitatem ob non solutionem canonis, vel aliud implementum ex eadem æquitate canonica ubique recepta, quinimò juxta unam opinionem etiam ex sensu juris civilis, detur moræ purgatio ex deductis in dicta sua materia sub tit. de emphyteut. attamen illa non intrat in pactis solutivis adimentibus, id quod pacificens poterat non concedere; Cum tunc actus solvendi non in poenam, sed ex deficiente voluntate concedendi, ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Grat. disc. 786. in fine, Gregor. disc. 150. nu. 6. Buratt. & Add. disc. 528. & 896. dec. 211. apud Polih. de subst. dec. 223. nu. 19. & 20. par. 6. rec. & frequenter.

Et quamvis Scribesites in contrarium deducere ea, quæ habemus de prohibitis pactis rescissoris in materia census, ut in sua materia sub tit. de censibus; Attamen advertendam id continere clarum æquivocum ex defectu applicationis; In censu etenim fors principalis de sui natura est demortua, & irreprensibilis; Unde propterea pactum inducit formalem poenam privationis ejus, quod non ex gratiosa concessione creditoris, sed de jure debitori competit; Ac etiam quia ita de facili fraus fieri potest usuris, palliando mutuum ad libitum creditoris repetibile sub nomine census, & consequenter termini sunt omnino dispares.

Demum quoad tertium punctum, ubi scilicet dicti pacti solutivi casus factus non esset, adhuc tamen dicebam, (etiam in sensu veritatis,) quod integrum esset creditoribus pulsare hunc debitorem, non obstante dicta dilatione ex intervallo per immediatum creditorem concessa, quodque ad hunc effectum rectè intraret supra enunciata distinctio inter dilationem conventionalem ab initio, & alteram gratiosam concessam ex intervallo. Cum enim hic usque ab ann. 1652. esset debitor purus, dilatio autem ex mera benevolentia dicti Caroli concessa fuisset de anno 1659. hinc resultabat defectus potestatis, quoniam cum istud nomen debitoris purum, jam affectum esset creditoribus, non potuit debitor illud in eorum præjudicium remittere, vel diminuire, cum juxta terminos text. in l. qui autem, ff. que in fraudibus credit. concedatur debitori facultas non acquirendi, non autem remittendi, vel minuendi jus quæsitum, ex iis que habentur apud Capyc. Latr. dec. 34. n. 12. Salg. in labyr. p. 1. c. 12. n. 19. & p. 2. c. 12. n. 22. cum seqq. & infra ad materiam dicti text. in l. qui tamen disc. 137. & seq.

Scribesites pro reo convento insistebant in conclusione pluries in præcedentibus insinuata ad materiam text. in l. nomen C. que res sign. oblg. poss. quod scilicet quamvis nomen debitoris cadat sub hypotheca ad favorem creditorum ejus creditoris; Attamen, cessante inhibitione hominis, vel legis, non prohibetur creditor recipere solutionem, qua mediante hypothecæ desuper contractæ solvantur; Verum patet intrabatur defectus applicationis quodque termini non essent æquales, quoniam ut abbi pluries advertitur, id rectè procedit, ubi agatur de solutione vera, & effectiva, cum tunc dicatur actus necessarius, quem creditor reculare non potest, neque debita per ipsum

contracta refringere possunt facultatem solvendi proprium debitum, atque ab eo se liberandi; Secus autem ubi agitur de hujusmodi voluntariis remissionibus, vel diminutionibus, quinimò etiam ubi de verbali quietantia, vel solutione confessata, cum debitori non concedatur per actum voluntarium, tollere, vel minuire jus quæsitum creditoribus hypothecariis, eodem modo, quo alienare non potest bona, quorum persequutio creditoribus competit etiam contra tertios.

Clarius verò, ac extra omnem rationem dubitandi, stante statuto fori mercatorum hujus Civitatis Bononiæ, per quod omnes actus gesti per defectum negotiatorem habentur ac si facti essent à deceduro; Unde propterea omnium creditorum intra hoc spacium contrahentium æqualis est conditio, non curata prærogativa hypothecæ, vel temporis, ex iis, quæ ad materiam hujus statuti habetur supra disc. 10. & consequenter eo minus hujus dilationis concessio attendenda erat, utpotè sequuta intra dictum terminum; Atque juxta præmissa, credo quod judicatum fuerit quamvis pro certo non sciam.

ROMANA MERCEDIS PRO CREDITORIBUS MUTII GUIDOTTI CUM DUCE CÆSARINO.

Casus decisus per Rotam pro Duce.

An, & quando creditor agat contra debitorem ad solutionem debiti, non obstante remissione, vel condonatione, ex defectu implementi; Et an adversus istud deur purgatio moræ, vel restitutio in integrum, sive supplemento ejus, quod interest tantum.

S U M M A R I U M.

- 1 **F** Abi series.
- 2 **R**esolutio causæ.
- 3 **A**d incursum caducitatis requiritur culpa postivus.
- 4 **P**rocurator non potest committendo facere incidere in poenam.
- 5 **I**n contractibus nominatis non implementum, non causæ resolutionem.
- 6 **E**t quando idem sit in innominatis.
- 7 **Q**uælibet causa excusat.
- 8 **A**n id, quod solvitur Notarii pro instrumentis, & actis, importet mercedem laboris, vel debitum jurisdictionale.
- 9 **D**onarius non adimplens conditionem, vel modum cadit à commodo donationis.
- 10 **N**on potest quis obtinere lucrum ex contractu, quem non adimplet.
- 11 **S**ecus est in exceptione actor.
- 12 **L**audatur resolutio, & quæ sit ejus congrua ratio.
- 13 **D**ata resolutione contractus non restituantur fructus decursi.
- 14 **D**e eodem, & de contraventione in fideicommissis, vel donationibus.

D I S C. LVII.

Inita fuit conventio inter Ducem Julianum, & Mutium Notarium A. C. ut ille, istius officio uti deberet in litibus & causis, aliisque negotiis; Et e converso iste tradere deberet gratis instrumenta, & alia acta; Cum autem Duce absente, ejus ministri aliquas causas tractaverint, aliæque negotia peregerint per acta aliorum Notariorum, in ipso Tribunali, hinc Murio defecto, ex ejus persona creditoris, judicium in eodem Tribunali instituerunt contra Ducem pro mercede, ac emolumentis instrumentorum, aliorumque actorum, dicta conventio non obstante, ob ejus inobstantiam, quæ mandatum obtinuerunt in summa securorum 1500. circiter; Commissa verò per Signaturam Justitiæ causa appellationis in Rota coram Bourlemont, cum clausula si quid exequendum, datoque ad formam rescripti dubio, an mandatum sit exequendum sub die 3. Julii 1666. negativa prodit resolutio, neque quod sciam, causa ulteriorem progressum habuit.

In hac disputatione habita in Rota, & Scribesites pro reo convento (quibus Rota adhefit,) duo potissimum deducebant fundamenta; Primò scilicet, quod cum ex hoc non adimpleto, seu contraventione restatret poena amissionis dictæ remissionis emolumentorum, requiritur dolus, vel culpa, à quibus excusabilis Dux videbatur ratione ab-

sentia, ac ignorantia ex deductis per Cravett. conf. 204. n. 25. Cephal. conf. 14. n. 14. lib. 1. Patell. expedit. 7. in addit. n. 38. Deducendo in idem propositionem, quod factum procuratoris, vel alterius ministri, ubi præsertim consistit in committendo, non præjudicat principali, neque illum incidere facit in poenas, cum mandatum, quantumvis generale non censetur datum ad delinquendum, ac faciendum illicita ex iis, quæ cæteris relatis habentur per Rot. dec. 257. nu. 1. par. 2. rec. disc. 293. nu. 4. & seq. par. 6. cum aliis per Add. ad dec. 1. nu. 49. p. 8.

Et secundo quod, juxta opinionem, quam constanter tenet Rota, & Caria, in contractibus nominatis, ob non implementum non intrat resolutio, sed solum actio ad interesse, nisi de diversa voluntate constat, quo implementum deberet esse præsumptum, & conventum tanquam causa finalis, quæ quæ non Greg. & Add. dec. 130. cum aliis per Add. ad Buratt. dec. 640. nu. 26. cum seqq. insistentem quod ageretur de contractu locationis, & conductionis.

Atque ubi dicendum esset contractus innominatus, do, ut des, vel do ut facias, in quo regula est in contrarium; Attamen secus est, ubi accedat stipulatio Notarii cum verbo promissæ, cum tunc etiam contractus innominatus assumatur nominati juxta doctrinam Bart. in l. 2. nu. 11. Cod. de condit. ob caus. Caltren. in rubr. de verb. oblg. nu. 6. Coccin. disc. 329. num. 3. Atque generalibus propositionibus proceditur in decisione desuper edita, quæ potissimum fundamentum constituere videtur in præsupposito, quod ageretur de materia poenali, quodque contraventione importaret caducitatem, à qua recepta propositio est, ut quælibet probabilis causa exculet, ut advertitur in omni serè materia, præsertim verò sub tit. de emphyt. & sub altero de fideicommissis.

Scribes ego pro Actoribus, non negabam veritatem dictarum propositionum in casu suo; Dicebam tamen fallaciam esse in applicatione, præsertim verò circa dictum præsuppositum, quod ageretur de poenali caducitate, cujus contrarium mihi omnimò verius videbatur, quoniam de jure pro instrumentis, aliisque actis debita sunt emolumenta, non tanquam merx, vel salarium nudi operis, ut in eadem decisione præsupponi videtur, sed tanquam emolumentum jurisdictionale, debitum ratione officii, cum non ageretur de Notario simpliciter creato à Principe, vel ab altero ad id facultatem habente, qui ad partium electionem constituitur instrumenta, (quo casu intrat solum ratio mercedis ratione laboris, sed ageretur de Notario aduario ratione officii juxta illas officiorum species, de quibus in hujusmodi Notariis habetur sub tit. de Reg. disc. 21. Unde propterea dicitur emolumenta, quæ pro majori parte, juxta taxas, plentius Principii officium concedendi pro notabili pretio, solvi dicitur.

Et consequenter hujusmodi gratitium pactum correspondit ad usum officii pro emolumentis & utilitatibus, quæ consequuntur ab instrumentis, & actis resultare solent, continere dicitur quamdam donationem juxta terminos textus in l. 1. & 2. C. de donat. que sub mod. & in l. fin. C. de revocand. donat. cum concord. de quibus pluries in sua materia sub tit. de donat. præsertim disc. 12. 18. & 19. ac etiam sub tit. de Cambiis disc. 6. & disc. præced.

Ideoque ista non dicitur poena, qualis proprie est illa, quæ causat damnum in bonis propriis, ac diminutionem proprii patrimonii, sed potius est subtractio emolumentis, & lucri juxta terminos text. in l. pecunie § 9. de usur. ut advertitur supra dicto disc. præced. Sive quod intraret termini textus in l. Julianus, §. offerri ff. de ad. emp. & in l. cum proponas 2. Cod. de pact. utrobique Scribesites, de quibus apud Royas disc. 64. nu. 6. dec. 542. num. 1. & 2. par. 4. rec. tom. 3. ibique late Adden. num. 23. cum seqq. ut scilicet volens uti contractu, atque ex eo emolumentum capere, tenetur docere ex parte sua de implemento, sine quo lucrum reportare non potest.

Istique mihi videbantur veri, ac proprii termini istius causæ; non autem alii, de quibus supra; Siquidem Notarius, vel ex ejus persona agentes, non indigent isto contractu pro fundanda eorum actione, dum ea de jure fundata erat in taxa contenta in Constitutione Pauli V. super reformatione Tribunalium; Ideoque eo ipso, quod docebatur de traditione instrumentorum, & connectione actorum, absque alia conventione, vel extrinseca probatione, fundata erat eorum intentio; Dicta verò conventio deducebatur per Reum tanquam fundamentum suæ exceptionis, in qua dicitur Actor, & consequenter sibi incumbit onus probandi

implementum tanquam purificationem conditionis, sub qua, & non aliàs dicta remissio, seu condonatio facta erat, adeo ut nil commune haberent dicti termini caducitatis, seu alius resolutionis contractus, qui verè extranei erant à casu, ita simpliciter sumpti.

Quamvis autem de stricto jure, probabilis ita respondendum videretur pro Actoribus, & de consequenti resolutione parum probabilis remaneret, Attamen, quia non impugnabatur refectio ejus, quod intererat, negotia alibi, quam in eo officio tractata esse, Actoris autem præsentio consistebat magis in omnimoda resolutione conventionis ab initio, ideoque debita essent etiam emolumenta temporis decursi, in quo implementum sequutum erat; Hinc proinde (stante præsertim probabilis ignorantia principalis ob ejus absentiam,) in hac parte resolutio non improbabilis usus est, non quidem ex dictis rationibus, sed ex aliis; Primo scilicet, quod ista esset conventio, correspondeva in singulos annos distributa, utpotè pro stylo, ad utriusque contrahentis libitum revocabilis, & consequenter, quod hinc inde sequutum fuit, eadem conventio perfectum effectum jam sortita sit, quæ ex consequenti contraventione in subsequenti tempore non esset resolubilis, quoad effectum jam consummatum.

Et secundo quia retentis etiam terminis textus in dicta l. 1. & 2. C. de donat. que sub mod. & in l. fin. Cod. de revoc. donat. resolutio intrat circa ipsa bona, vel jura, ne ex tempore contraventionis comminodum, vel emolumentum amplius obtineat donarius, qui emolumento per contraventionem reddidit se indignum, non autem, ut intret retrotractio pro restitutione fructuum temporis decursi, quos sufficit esse perceptos in statu bonæ fidei, vel non malæ ex plene deductis disc. 3. par. 7. recant. Buratt. & Add. dec. 184. Gregor. & Add. dec. 74. & passim.

Ac habemus in materia fideicommissaria, quod licet ob contraventionem præcepti testatoris, vel non implementum ejus voluntatis, possessor fideicommissi, vel majoratus, sive per viam poenalis caducitatis, sive per alteram conditionis, cadat à jure suo, atque fiat locus substituto, non tamen exinde intrat obligatio restitutionis fructuum jam perceptorum & consumptorum de tempore implementi; Quamvis enim juxta opinionem Parisii conf. 19. lib. 1. & seqq. intret omnimoda retrotractio ad initium cum restitutione fructuum medii temporis; Attamen, vel ista opinio indefinitè magis communiter rejecta est, vel attendenda venit, ubi contraventione proveniat ex tali dolo, vel malitia, ut arguat voluntatem non adimplendi ab initio, atque redeolat malam fidem, in cuius continuato factu fructus percepti fuerint, ut in dicta sua materia advertitur; Et consequenter quod absentia, & ignorantia principalis in proposito rectè suffragantur pro hujusmodi dolo, & culpa excludendis ad impediendam retrotractionem, quæ in effectu induceret restitutionem fructuum jam perceptorum, & consumptorum; Potissimè quia durante tempore adimplentis, Notarius habuit emolumentorum solutionem per equipollens, in actis scilicet, ac instrumentis in ejus officio confectis, unde propterea resolutio conventionis cum retractatione ad initium erat impossibilis, cum opportuisset illam dare hinc inde, retractando scripturas, & acta, quod practicable non erat juxta ea, quæ praxis docet retentis eidem terminis textus in l. 1. & 2. Cod. de donat. que sub mod. quod si donarius pro tempore decurso donationem observavit, atque donator alimenta, vel aliquam præstationem accepit, non intrat retractatio hinc inde pro dicto tempore decurso, sed solum in futurum; Ideoque placuit resolutio, sed non placuit ratio.

ROMANA SUPPLEMENTI LEGITIMÆ PRO CAROLO FERRINO CUM BELLARMINIS.

Casus decisus per Rotam pro Bellarminis, pendet revisio.

An, & quando creditor cogat debitorem ad solutionem, non obstante, quod ille solverit alteri de mandato Judicis, vel alterius superioris; Et quando id exculet solventem.

S U M M A R I U M.

- 1 **F** Abi series.
- 2 **R**esolutio causæ.

- 3 Quando solvens alteri quam vero creditori excusetur, & de requisitis.
- 4 An debeat expectare conditionem effectivam.
- 5 Declaratur quando proprie desiderentur requisita, de quibus num 3.
- 6 Etiam ubi concurrant requisita, debitor non excusatur, si erat morosus.
- 7 Declaratur.
- 8 An solvens pro sumpto procuratori, vel iusto opinato ministro liberetur.
- 9 De eodem.
- 10 De solvendi heredi, vel Prælo bonæ fidei putativo.
- 11 Quid ubi cum hac bona fide accedat præceptum Judicis.
- 12 Ignorantia juris dubii assimilatur ignorantie facti, & causat bonam fidem.
- 13 Etiam in casibus, in quibus solvens alteri quam vero creditori excusatur, intelligitur de solutione effectiva, & vera &c.
- 14 Quodque servetur forma contenta in mandato Judicis.

D I S C. LVIII.

**I**N questione habita in ista causa super puncto legitime, an scilicet in ea sita femina faceret numerum, ac etiam partem, & ad cuius favorem, disputata inter Carolum hæredem universalem, & Hyacinthum filium primi matrimonii communis matris, in qua prodiit decisio impress. post Michalor. de Frat. dec. 60. & de qua causa habetur sub tit. de detractionibus disc. 3. postquam inter dictos Carolum, & Jacyntum inita est concordia; Veronica femina, seu ex eius persona, Bellarmini filii, ejus portionem à dicto hærede petierunt, non obstante solutione facta dicto germano fratri, atque post obtentam sententiam ab A. C. introducta causa in Rota coram Albergato sub die 23. Junii 1670. prodiit resolutio ejusdem Actoribus favorabilis, cujus revisio pendet, atque in calce post ultimum discursum adnotabitur quid sequatur.

In his autem disputationibus, duo fuerunt puncti; Primò scilicet idem supra insinuat, an femina stante statuto exclusivo faceret, non solum numerum, sed etiam partem ad ejus favorem; Et secundo quatenus pro femina judicandum esset, an hæres excusetur ab ejus debito integre soluti fratri, contra quem eadem femina se dirigere habeat pro contributione portionis; De primo autem est dicto sit. de detrac. disc. 4.

Quatenus autem pertinet ad secundum; Scribentes pro Actoribus (quibus adheer. decisio) procedebant cum regula, de qua apud Dec. cons. 407. Affid. dec. 150. Rota Januæ. dec. 33. nu. 6. cum segg. Rot. apud Peniam dec. 1062. apud Seraph. dec. 2019. cum alijs per Grass. de except. cap. 25. num. 62. & segg. Scabian. resolut. 19. ex num. 22. & resolut. 26. num. 1. & per tot. Prat. observat. 5. & 6. ut scilicet solvens alteri, quam vero creditori, non excusetur, etiam si solvat de mandato Judicis, nisi concurrat omnimoda bona fides, justaque credulitas, quod ille, cui solvitur est, publicus, & palam ab omnibus reputetur creditor; Sive quatenus coacta solutio sequatur, nisi solvens omnes diligentias adhibeat denunciando vero creditori, ut impedimenta removeat, sive replicando Judici, ac fe defendendo usque ad limites præcisæ coactionis; Cadente solum questione, an eam debeat expectare effectivam, seu consummatam, vel potius sufficiat eam esse imminentem; Itaque posterior opinio cessante suspitione fraudis, vel collusionis magis probabilis, ac recepta videtur, quoniam coacte facere dicitur ille, cui coactio jam imminet, ut habemus frequens in obligationibus mulieris pro excarcerando viro, quoniam idem est, ubi relaxato mandato imminet carceratio cum similibus.

Scribens Ego pro Carolo Reo convento, contra quem scripseram in prima controversia ad favorem Jacynti, (etiam cum sensu veritatis) dicebam quod ubi Actoribus ex persona matris debitum esset petitum supplementum, adhuc tamen cum ageretur de debito quantitatis, non autem de quotiativa portione bonorum, dum debitor solverat integram legitimam fratri, non voluntarie, sed de mandato plurimum Judicum, nempe A. C. & Rotæ ac signaturæ, ita omninò excusandus esset, ac si liberationem reportasset.

Ad tollenda verò æquivoca, quorum incursum probat confusio auctoritatum, cum quibus procedebatur, diversos terminos percutientium; Ad verberam reflectendum esse ad plurimum casuum distinctionem, que in omnibus ferè quæ-

sionibus forensibus hodiè necessaria est, & sine qua, ut primum æqui vocorum incursum resultat.

Primum igitur casus est, de quo proprie agitur in supra allegatis decisionibus, & auctoritatibus, ubi scilicet scienter solvitur alteri, quam vero creditori jam cognito juxta casum, de quo agit Dec. dist. cons. 407. quod scilicet debitor Principis Plumbini ex causa venie acceptæ solvisset Duci Valentino dicti status Plumbini invariati juxta seriem, de qua habetur sub tit. de feudis disc. 54. Sive juxta casum, de quo agitur apud Affid. dec. 150. quæ in hac materia est celebris, & magistralis, quod scilicet debitores Regis Alphonso II. de Aragonia solverant ministris Caroli VIII. Regis Francorum, cum similibus; Et de isto casu agitur in supra allegatis decisionibus Rotæ Romanæ, ac Rotæ Januæ. cum alijs relatis per Staibanum, & Pratum ubi supra, & tunc solum mandatam Judicis non sufficiat, nisi dicta alia requisita accedant.

Quinimò consideratur quoque, an debitor, de tempore, quo solvere coactus fuit, esset inexcusabiliter morosus, adeo ut in culpa dici valeat quare antequam contingeret tyrannice, seu alias injustæ coactionis casus, non solvit debitum, cum tunc iste tanquã casus fortuitus cedere debeat in damnum debitoris morosi, quoniam si ipse debito tempore, ut tenebatur, solvisset, non evenisset casus, atque in hac materia rigorosè in dubio procedendum videtur, ob fraudes & collusiones, quæ desuper committi solent; Licet probabilis videatur quæritio facti potius, quam juris, prudenti Judicis arbitrio regulanda, ex ejusdem facti circumstantiis, & præsertim pro qualitate moræ, & an attenta natura debiti, seu consuetudine loci, ea dicenda sit culpa, vel excusatione digna necnè; Prout, an coactio effectiva, vel imminens redeat, necnè suspitionem collusionis, cum alijs circumstantiis pro facti qualitate ponderandis.

Alter casus est, ubi solvatur alteri, quam vero creditori, sed istius nomine, & tanquam ejus procuratori, seu negotiorum gestori; Et tunc attenditur, an in asserto procuratore, vel negotiorum gestore concurrat probabilis, quamvis non exquisita, & rigorosa mandati probatio, puta quia creditor solvens esset ejus opera uti in exigendo ejus credita, & multò magis, si esset conjunctus, vel domesticus juxta ea, quæ habentur apud Dunozet. dec. 886. ubi de solutione facta filio iusto opinato procuratori patris ex pluribus administrulis eo præsertim, quod ipse opera uti solitus esset.

Verum, & super hoc, certa, & determinata regula constitui non potest, sed tanquam in questione pariter facti potius, quam juris, decisio pro Judicis prudenti arbitrio in singulis casibus pendet ex facti circumstantiis, bonam, vel respectivè malam fidem redolentibus, nimiumque circumspèdè procedendum est, ne ita detur aditus debitoribus colludendi cum filiis, vel conjunctis, seu familiaribus creditoribus; Et contra ne detur aditus creditoribus duplicatam exactiorem debiti ita faciendi mediamentis illis personis, quibus iustè credi debuit.

Tertius est casus, ubi incerta sit persona creditoris, quatenus non sit ille, cum quo debitum contractum est, sed hæres, vel successor in Prælatura, seu feudo, aut majoratu, vel dignitate &c. Sive (ut in præsentis) quod sciantur, qui nam sint filii defuncti parentis, cujus hæres teneatur legitimam solvere, sed dubium sit, ob disparitatem sexus, vel ex alia causa, an integra legitima debeatur illi tantum, cui solvitur est; Sive quia solvatur hæredi putativo ab intestato, cum adesset verus hæres ex testamento, aut Prælo, vel possessori putativo, cum similibus; Et tunc redè intrat conclusio, ut solvens creditor bono fidei putativo, redè solvat, atque liberationem consequatur, remanente actione vero creditori repetendi ab eo, cui solvitur est, ex iis, quæ cæteris relatis plenè habentur apud Casanar. cons. 9. num. 30. cum segg. Grassi. except. dicto cap. 25. num. 91. & segg. Salgad. in labyrinth. part. 1. cap. 27. num. 111. cum segg. & part. 2. cap. 9. num. 34. cum segg. ex celebri cons. 35. Aretin. num. 2. Atque isto casu redè intrat dictus rigor in hujus causæ decisione ponderatus super omnimoda bona fide, quoadque publicæ, & palam ille, cui solvitur est, reputatur hæres, vel prælatus, aut feudatarius, sive possessor majoratus &c. Et in hoc non sufficit sola privata opinatio ipsius solventis, cum alias de facili aditus fraudibus, & collusionibus aperiri possit.

Quartus demum est casus, ubi probabiliter incertum, ac dubium sit, quinam esset creditor (ut pariter in præsentis), atque non solum accedat iusta credulitas, quod esset ille, cui solvitur est, sed etiam accedat Judicis mandatum, unde propte-

D I S C. LIX.

propterea judicialis coactio non fit in terminis primi casus, in quo debitor certo sciat, ut solutio ejus, quod debetur Titio, demandatur Sempronio; Et tunc mihi videbatur casus extra omnem controversiam favore debitoris solventis, cum nulla penitus dubitandi ratio desuper militare videretur; Unde propterea magnam mihi interebat admirationem, ut hoc motivum non admitteretur, dum ex facti circumstantiis omnis fraudis, vel collusionis suspitio aberat, quoniam inter Carolum, & Hyacinthum æquissima habitata fuerat, tam coram A. C. quam in Rota, & Signatura ex deductis d. disc. 4. de detrac. ideoque hæres verè coactus solvit in optima fide.

Stante siquidem clara statutaria dispositione excludente feminas propter masculos, regula assitebat masculino, cui solvitur est, atque limitatio, quæ ob mixturam casus predebatur; Vel non subsistit (ut probabilis videtur,) Vel est de apicibus, nimiumque dubia etiam apud peritos J. C. ex deductis in dicta sua sede; Et consequenter, ubi etiam voluntarie dicta solutio facta esset, adhuc videretur debitor omninò excusabilis, tanquam solvens creditor bonæ fidei putativo, ex regula, quod ignorantia juris valdè dubiis assimilatur, iuste ignorantia facti, & excusat apud Mantie. dec. 78. num. 7. cum segg. Cavalari. dec. 81. nu. 2. & 141. nu. 4. dec. 59. nu. 5. & segg. par. 5. rec. & frequenter; Multo verò magis accedente facti plurimum Judicum, & Tribunalium, prævia magna lite, ac discussione, ac etiam accedente ejusdem feminæ silentio, & acquiescentia, acceptando quoddam particulare legatum, unde magis solventis bona fides confirmata fuit.

Præterebant Actores hæc omnia tollere cum facti, quod scilicet non constaret de solutione integre legitime facta masculo, ut etiam in decisione advertitur, sed de hoc nulla erant Advocatorum partes.

Premissa erant Acto excusationem debitoris solventis alteri, quam vero creditori, eadem procedunt, quatenus vera, & effectiva solutio accedat, non autem confessata tantum, ut Apud Affid. d. dec. 150. nu. 28. & 35. cum segg. Grassi. de except. c. 25. nu. 73. Cyriaque contr. 252. nu. 45. Staiban. d. resolut. 19. num. 70. Prout neque Judicis præceptum excusaret, ubi ejus forma non servaretur juxta casum, de quo Staiban. d. resolut. 19. nu. 28. quod scilicet Judex mandata verat deponi, debitor autem solverat liberè, cum similibus ponderandis pro qualitate facti, cujus verè potius, quam juris sunt istæ quæstiones.

ROMANA MULTIPLICI PRO CREDITORIBUS MALATES BALLEON. CUM TYBERIO CEULO.

Causa disputata in Congregatione Baronum, & resoluta pro Creditoribus.

De eadem materia, An scilicet, & quando creditores agere possint contra debitorem sui debitoris, non obstante solutione facta proprio, ac immediato creditori; Et quando dilatio concessa debitori non debeat attendi in præjudicium creditorum, vel cesset ob solutiones statuis terminis non factas.

S U M M A R I U M.

- 1 Adh. seriet.
- 2 Restituitur sortem census non servata forma instrumenti, male solvit, atque adhuc remanet debitor.
- 3 Atque ubi dicta forma prescripta est, neque fructus imputantur in sorte.
- 4 De obligatione debitoris non solventis id, quod est multiplicandum, ut teneatur ad quantum interest multiplicum est factum.
- 5 De eodem, & quod non obstat ratio anathocismi.
- 6 De depositariis montium male solventibus fructus destinatos multiplici.
- 7 Conclusio, de qua num. 4. & 5. procedat, ubi onus injunctum est ipsi debitori, secus autem si creditori.
- 8 Ille, in cuius gratiam investiturum injunctum est, potest ei renunciare.
- 9 Solvens heredi gravato bene solvit.
- 10 Inhibito facta ad instantiam unius, non suffragatur alteri.
- 11 Quomodo procedi debeat in demandando multiplicum pro reintegratione fideicommissi.

Card. de Luca Lib. VIII.

**V** Endidit Franciscus Ceulus casale fideicommissarium Principi Burghesio cum derogatione fideicommissi, sub consueta formula relinquendi partem pretii investendi in census, vel loca montium pro multiplico, usque ad integrum valorem pro reintegratione fideicommissi; Cum autem ex parte pretii creatus fuisset census cum Balleson sub lege, ut fructus ad formam chirographi Pontificii solvi deberent dicto Francisco, ad effectum investendi pro multiplico, factaque per debitorem solutione, in fideicommissum prædictum neglectum esset; Hinc Tyberius in fideicommissio successore, debitoris hæreditate sub concursu creditorum in Congregatione Baronum existente institit pro reiterata solutione fructuum, eorumdemque fructuum fructibus ad formam multiplici perinde, ac si solutiones jam factæ, sequantur non essent.

Fundabant Scribentes pro Actore ipsius præsentationem super solutionibus male factis, in iis, quæ habentur firmata per Rotam in Romana fructuum census 22. Junii 1646. coram Cerro, & in alijs enunciatur sub tit. de censibus disc. 23. quod scilicet debitor census, qui solvit (preta lege contenta in instrumento super solutione, tam sortis, quam fructuum, non liberè, sed vinculatè ad effectum reinvestendi pro jure, & interesse aliorum vocatorum, vel tertii, habeatur pro non solvente perinde, ac si actus non esset sequutus, ideoque ad reiteratam solutionem teneretur.

Idque adeò verum, ut quamvis ex aliquo casu, puta ob incapacitatem fundi creditor cognitam, seu alias fructus census non essent debiti; adeò soluti, de jure in præjudicium creditoris imputandi essent in forem principalem, adhuc tamen, ubi ipsa fors vinculata est favore tertii, pro cuius indemnitate restitui non potest, nisi ad effectum novi investimenti cum consensu, vel scientia tertii interessari, dicta imputatio non intrat, sed integrum est debitori repetere fructus male solutos ab eo, cui solvit, ut in Romana Salviani 20. Martii, & 19. Junii 1651. coram Veropio, quarum secunda est dec. 175. nu. 7. par. 11. rec.

Hoc autem postro, interebat ad supplementationem ejus, quod intererat multiplicum factum non esse, & sic etiam ad fructus fructuum, cum ea superstatatione, que in multiplico intrat; Quamvis enim ista superstatatio fructuum aliorum fructuum, quæ sub anathocismi vocabulo explicari solet, juxta opinionem in Curia receptissimam, indefinitè damnata sit, sive agatur de simplici interesse, sive de fructibus censuum; reprobatà distinctione, quam præsertim DD. utriusque Siciliæ, ac alii adhibent inter fructus censuum, ac simplex interesse ex iis, quæ habentur sub dicto tit. de censibus disc. 2. & in alijs.

Atamen, ut ibidem pluries advertitur, id cessat, quando incumbit dicta obligatio multiplicandi; Quoniam tunc debentur fructus fructuum, dictaque superstatatio intrat, non in ratione fructuum, sive ultimarum redolentium lucrosas accessiones pro debitore creditori solventis, sed in ratione damnorum, juxta firmata in specie in Romana multiplici dec. 85. p. 4. rec. tom. 2. & dec. 668. ead. par. 4. tom. 3. & in ead. 3. Novembris 1635. coram Pirovano, & 18. Martii 1654. coram Mellio, & advertitur disc. 14. de cens.

Scribens ego pro dicta hæreditate, seu creditoribus eam tuentibus, non negabam utriusque conclusionis veritatem in casu suo; Atque quoad primam super indebita solutione fructuum, qui multiplico destinati sunt, observabam ea, 6 quæ in hoc proposito habentur plenè deducta sub tit. de Regal. disc. 23. ubi de depositariis montium male solventium liberè fructus multiplico destinatos; Dicebam tamen fallaciam esse in applicatione circa primam conclusionem, qua corruente, de consequenti corrueret etiam secunda; Illa siquidem procedit, quando instrumento census imposta est lex prohibitiva debitoris, ne solvat alias, quam juxta formam ibi præscriptam, quæ frequentius concipi solet, ut pecunia deponi debeat in sacra sede, vel alio publico banco vinculo, quod solvi non possit, nisi ad effectum investendi pro jure, & cautela tertii, juxta casum, de quo in dicta Romana fructuum census coram Cerro, & in alijs locis supra allegatis; Sive ubi id incumberet ratione officii juxta opinionem pro meo sensu probabiliorum ex deductis d. disc. 23. de Regalibus; Aut ubi ipsemet debitor in fe assumptisset onus, & curam multiplici, quoniam tunc teneatur, potius ratione mandati ad quantum interest illud impletum non esse, quam ratione debiti, & sic potius ob non factum, quam ob non datum, ut pluries in sua materia

G 3 sub

sub tit. de usuris, atque in his ultimis terminis oneris, & cura multiplici debitor suscepi, loquuntur supra allegata decisiones in Romana multiplici.

Secus autem ubi premissa cessant, atque debitor se obligavit solvere ipsi creditori, cui tale onus in iudicio sit; Tunc tamen debitor non tenetur de hoc esse sollicitus, sed ei sufficit solvere creditori, cui solutionem promisit, & cuius fidem Pontifex, vel Patres approbasse dicuntur, ex iis, quae ceteris relatis habentur apud Greg. decis. 511. ibique Add. Buratt. & Adden. decis. 2. & 793. decis. 681. par. 1. re- cent. & admittitur in Bolog. fideicommissi de Rubens 30. Maii 1646. & 5. Aprilis 1647. coram Corrado impress. dec. 41. & 363. p. 10. rca. quae reputantur in materia magistratiles super hac distinctione, an modus solvendi cum vinculo investimenti adiectus esset pro forma adimplenda à parte antea, vel in ipso actu, adeoq. constet, quod qui derogationem concessit, vel investimento pro eius iure, & interesse consensum praestitit, noluerit sequi fidem creditoris, vel e converso id in iudicio sit ipsi creditori, cuius fides in hoc probata sit.

Quinimo ubi etiam investimenti vinculum in ipso instrumento adiectum sit; Consueti autem id sequitur esse pro cautela ipsius solvere debentis, ut frequenter contingit in emptoribus, ita pacificibus de solutione pretii pro cautela fidei, sive in promittentibus dorem in quantitate, cum similibus, tunc cum quilibet possit proprio favori renunciare, sive quae negligere, si liberè solvit, non exinde per creditores ejus, cui solutum est, ad aliud conveniri potest, nisi, ut dictum est, ex facti qualitate constet, ut id non pro sua tantum, sed pro tertii quoque intercessit cautela, ita conventum sit, ut ceteris relatis haberetur in Romana salviani 23. Januarii 1643. coram Duozetto inter suas decisiones 699. in Camerinen. dotis Ecclesiae 22. Junii 1650. coram Melio, & in aliis, cum cessante dicta circumstantia, ut scilicet id mandatum sit pro forma pro iure tertii, nulla adit ratio dubitandi, cessante inhibitione hominis, sive illa legis, quae à decoctione refultat.

Idque verum, licet debitori innotescat, quod creditor fideicommissio, seu aliis investimenti onere sit gravatus, quoniam ubi onus non est ibi in iudicio, non tenetur de hoc esse sollicitus; Unde propterea vera, & recepta conclusio est, quod debitor fideicommissariae hereditatis, cessante dicta lege adiecta pro forma, rectè solvit hereditati gravato, sive centum cum eo extinguit abque onere sollicitudinis super investimento, dummodo vera, & effectiva solutio cum bona fide, ac citra fraudem, seu collusionem accedat, ex iis, quae ceteris relatis habentur apud Cenc. de Cens. qu. 109. nu. 58. & seq. Salgad. in labyrint. p. 1. cap. 27. n. 39. & seq. Rota coram Celso dec. 116. n. 15. in Camerinen. dotis Ecclesiae 9. Maii 1653. coram Melio, & in Romana censu 15. Junii 1654. coram Bichio inter suas decis. 610.

Institant Scribentes pro Actore in quadam inhibitione, quae debitori facta fuerat de anno 1613. ad instantiam Burghefii emptoris, casualis, pro ejus iure, & interesse, ne fructus liberè solverentur, sed cum vinculo, ad effectum investimenti pro multiplici, ideoque ita dicebant omnem difficultatem cessare; Facilis tamen fuit solutio, tam in facto, quam in iure; In facto scilicet, quoniam ex ejus circumstantiis constabat à dicta inhibitione recessum fuisse; Et in iure, quoniam de hoc obicere solum potest ille, ad cuius instantiam facta est inhibito, vel sequentium, non autem tertius, ex ea ratione, quod ille, ad cuius instantiam id sequitur est, potuit etiam oretenus prohibitionem remittere, ex iis, quae habentur apud Masfrill. decis. 26. Salgad. in labyr. par. 2. c. n. 35. & seq. & conferunt, quae habentur apud Surd. decis. 201. nu. 1. cum seqq. & in decisionibus supra allegatis, ad probandum, quod debitor, in cuius gratiam, seu cautelam ex pacto ab initio conventum est de investimento, istud negligere potest, suoque juri cedere, quoniam totus pendus est, an vinculum in iudicio fuerit debitori, pro forma cessante, in gratiam tertii intercessit, qua circumstantia cessante, intrat de plano conclusio, de qua supra disc. 52. & in aliis pluries, quod debitori sufficit solvere proprio creditori, quae distrahere cum eo, cum quo contracti; Et juxta premissa per Congregationem Baronum decisum fuit, concedendo hereditati absolutoriam; Ideoque in huiusmodi derogationibus magis circumspicte procedendum esset in praescripto formam, per quam sequi possint huiusmodi multiplici, quae frequenter eludi solent, quoties ipsi gravato facultas liberè exigendi tribuatur ex deductis dicto disc. 23. de Regalibus.

NEAPOLITANA SEU TRANEN. PECUN. PRO FRANCISCO GALIBERTO CUM MONTE DE ROBERTIS.

Causa decisus per Rotam per Monte.

An creditor agat contra debitorem, non obstante, quod hujc supervenerint iura contra ipsum creditorem; quorum ratione opponat de compensatione, vel retentione; Et quid ubi iura supervenerint ex procurata, & voluntaria cessione; Et incidenter de aliquibus ad materiam textus in l. per diversas, l. ab Anastasio C. mandat.

S U M M A R I U M.

- 1 Fidei series.
2 Resolutio causae.
3 De materia iudicii possessionis retinendae, & de quo in eo quaeratur.
4 De vulneratione processus executivi per sententiam absolutoriam, ut non per adiectum iudicio possessionis.
5 Dicitur iudicium intentari potest in quocumque instantia etiam post tres conformes, vel rem iudicatam.
6 Creditum liquidum, & exequutum non retardatur per exceptiones turbidas.
7 An detur compensatio crediti experibilis in iudicio ordinario cum debito executivo.
8 Etiam ubi non intrat compensatio de equitate admittitur retentio.
9 De dispositione text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio.
10 De limitationibus favore Rei, & possessoris, sive ubi de creatio liquidum.
11 De ratione dictorum legum.
12 Declaratio limitatio favore Rei, & possessoris.
13 Nemo potest proprio auctori quaestionem resistere.
14 De alio casu controversae ad eandem materiam, de qua num. 9.
15 An cessio facta clerico dicatur facta in potentorem, &c.

D I S C. LX.

Emittit Franciscus ab Octavio bona, habita fide de pretio, sub conventionem fructum recompenfatorum resolutione pendente, atque sequuta Octavii morte, Franciscus, ut ab huiusmodi debito se liberaret, curavit obtinere cessionem aliquorum iurum contra eundem Octavium hereditatem, summam debitam abhorrentium, soluta modica summa pro huiusmodi cessione obtinenda unde conventus à Monte Familiae Robertorum dicti Octavii herede, ex compensationis, vel retentionis beneficio, de dictis iuribus excipiendo, se tenebat, in introducentia per appellationem causa coram A. C. prodiit sententia Francisci Rei conventi absolutoria; Commissa vero per appellationem causa in Rota coram Melio, ex parte Actoris, suspensio petitorio, obtentum fuit subscribi dabam in possessione retinendae, seu manentibus in possessione exigendi dictos fructus, super quo dubio pro Actore responsum fuit sub diebus 9. Decembr. 1650. & 6. Febr. 1651. Deinde assumpta disputatione petitorii, seu negotii principalis, favore ejusdem Actoris prodiit alia duarum resolutiones sub diebus 27. Januarii, & 23. Maii 1653. coram eodem, cum subsequuto effectu, dum ob mortem Francisci causa ulterio- rem progressum non habuit.

Quae autem fuerunt diversae disputationes super diversis dubiis, ut supra; Prima scilicet in possessione, et secunda in petitorio; In prima, modicae fuerunt Advocatorum partes, quoniam hodie nimis plurae. receptaeque sunt propositiones, quod in hoc iudicio non quaeritur de iustitia, vel iniustitia possessionis, neque attenduntur exceptiones respicientes merita causae, quae reservantur ad petitorium, possimè ubi non agitur de possessione turbida, sed clara, neque est possessio, quae dependentiam habeat à negotio principali, sive sit aliis restricta ad certam causam, seu titulum, de cuius infectione constet, iuxta distinctiones, & casus, de quibus in proposito huius interdicti possessorii retinendae in sua materia sub tit. de iudic. Unde propterea solae quaestiones esse videntur facti super ipsius possessionis probatione, quae, an, & quando sit legitima, vel sufficiens, habetur pariter eodem tit. de iudic. Porro si in hac facti specie, quod agebatur de possessione titulata, imple- que titulus nullum habebat vitium, nullamque intrinsicam exceptionem, cum illa, quae ut supra deducebatur, esset

esset extrinseca, Ac propter eam, quamvis ego, & ceteri pro Reo convento scribentes, cum regulis, & propositionibus generalibus ad ornatum more Advocatorum, plura deduceremus, Attamen ab initio, & antequam hæc disputatione assumeretur, libere in congressu ipsimet principali praesertim (pro genio nimium litigioso, atque moniali non obstante disputationem aliam experiri volenti) diximus causam in omnibus, etiam in petitorio esse periculofam; In hoc verò puncto possessorii esse opus desperatum.

Prudens verò consilium fuit Scribentium pro actore, in hac ulteriori instantia, quamvis adestet instrumentum publicum cum pactis exequutivis in actione personali, assumere hoc iudicium possessorium, ob vulnerationem viae exequutivae resultantem à sententia absolutoria lata in praecedenti instantia cum modico fundamento in Tribunali A. C. & de cuius vulnerationis materia habetur infra hoc eod. tit. ac etiam dicto tit. de iudic. & in praxi Curiae ibidem annexa, ubi propterea advertitur, ut cautè in sententia absolutoria ob istud grave praesudicium procedi debeat; Ideoque in hoc praesertim nimium proficuum, & privilegiatum reputatur istud possessorium, quod in quacumque instantia, etiam post unam, vel duas sententias contrarias in petitorio, quinimodo etiam post tres, vel post rem iudicatam exequi non ceptam, sed in gradu restrictionis in integrum commissam; illud intentari potest, ut pariter in dicta sua materia sub tit. de iudic. ac alibi insinuat, praesertim sub tit. de personis, & sub altero de censib. & annis praesertim, in quibus frequentius de his agi solet.

Quoverò ad alteram partem, seu disputationem petitorii, duo fuerunt puncti; Primò scilicet, an iura, quorum cessionem debitor reportaverat, essent certa, & liquida, vel potius turbida, & illiquida, ut iuxta secundam partem per Rotam etiam proliquis reputata fuerunt ex circumstantiis facti, cujus potius, quam juris quaestio fuit; Ideoque intrabat conclusio, quod liquidum ad illiquidum non admittitur compensatio, neque exequuto debiti certi, & liquidi, per turbidas, & illiquidas praetensiones retardanda est Merlin. de pign. lib. 5. qu. 6. nu. 16. Duran. dec. 235. nu. 5. Greg. & Add. dec. 220. in fin.

Et quamvis pro Reo Scribentes diceremus, quod ad effectum compensationis opus non est, ut debitum superventum cum quo de compensat. one excipitur, sit exequutum, ut est creditum, quoniam debitum exequutum compensabile est cum credito, quamvis non munito pactis exequutivis, sed in iudicio ordinario experibilis ex plenè firmatis cor. Bichio per Rot. dec. 23. Attamen conclusio quamvis in suo casu vera, non erat applicabilis ad rem, cum difficultas non consisteret in natura, seu qualitate debiti, & crediti respectivè, & an unum esset exequutum, alterum verò ordinarium, sed constiterat in illiquiditate.

Ubi enim creditum debitori superventum, de cuius compensatione opponitur, esset certum, & liquidum, tunc licet de stricto iure compensatio non intraret, pura ratione iuramenti praesentientia de tempore contracti debiti, ut pluries in praecedentibus advertitur; Attamen de æquitate fundata in ratione inanis, circuitus admitti solet retentio Cyr. contr. 224. n. 9. & contr. 441. n. 18. Buratt. dec. 277. n. 4. & d. dec. 22. cor. Bich. Multò verò magis, ubi altera æquitas ratio ex facti qualitate intrat ex deduct. per Greg. dec. 342. n. 3. & 4. Zach. de obl. cam. qu. 18. nu. 23. & seq. & advertitur praesertim in Tuderina falsis sub tit. de Reg. disc. 106.

Alter autem punctus juris, super quo inter advocatos magis certatum fuit, erit ille, an quatenus dicta iura cessata, essent certa, & liquida, adeoq. compensationis, vel saltem æquitative retentionis locus esse deberet, intrarent, necne termini text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio C. mandat. ut scil. reportata cessione pro minori summa, quam debitor importet, possit cessionarius repelli cum oblatione, vel respectivè ex computatione summæ solutæ tantum, ut in eisdem iuribus literaliter disponitur, quamvis dicatur, quod reliquum doneat, ut regulariter admittitur per omnes, de quibus infra.

Scribentes huiusmodi replicationem actoris, ego, & ceteri Advocates pro Reo deducebamus duas veras, ac receptas limitationes huius regulæ, seu conclusioni dari solitas ad rem applicabiles; Primò scil. ubi ageretur de debito claro, & certo, Et secundò, ubi etiam in casu turbidiorum, ac litigiosorum praetensionum cessionis reportaretur à possessore & Reo se tuendi gratia, atque ita repellendi actorem, ut de utraque limitatione Gabr. cons. 67. l. 1. n. 7. latè aliorum cumulatoris Giurb. dec. 117. n. 4. cum seqq. & Olea de cess. iur. 11.

Card. de Luca Lib. VIII.

6. qu. 10. Apon. cons. 67. l. 1. Rot. decis. 126. post Cenc. de censibus dec. 274. p. 3. rec. & in aliis frequenter.

Ideoque dicebamus, quod ubi dubitari posset de applicatione primæ limitationis, cum ob diuturnitatem temporis, aliasque circumstantias, verè jura cessata, essent turbida, & illiquida, adhuc tamen inevitabilis esset altera limitatio, quod ageretur de Reo, & possessore, jura cessata deducendo excipiendo, ac se defendendo.

Quamvis autem limitatio vera, & recepta sit; Attamen reflectendo ad veritatem ab initio ut supra ipsi principali insinuatam, fallacia clara erat in applicatione, ideoque iustæ, ac probabiles vias sunt resolutiones; Siquidem dictarum limitationum ratio, est illa eadem cessantis rationis, cui didorum iurum dispositio innixa est, ad coercentes scil. voluntarios litium redemptores, qui cartas veteres resolvendo, ita pro modico pretio, jura turbida, & litigiosa de facili acquirendo, aliena captare, ac licet fuscitate student; Hæc autem ratio non intrat, ubi agitur de iuribus certis, & liquidis, cum tunc nulla injuria fiat debitori, vel possessori, contra quem experientia sunt, an eorum experimentum fiat per cedentem, vel cessionarium, neque sua interfit, ut quis ex industria, vel affectione donationem in parte reportet. Idemque etiam in turbidis, & illiquidis quod ad possessorem ita curantem molestantes repellere, atque in sua possessione se tueri.

Verùm quatenus ad hanc secundam limitationem pertinet, ea procedit, ubi agatur de possessore cum legitimo titulo, vel saltem bonæ fidei putativo, qui in ejus aliis iustis, & pacifica possessione, à superventis, & non speratis molestiis curet se tueri, adeoq. assistat æquitas, & non intrat dicta ratio regulæ, seu principalis conclusionis; Secus autem, ubi agatur de possessore vitioso, qui ad se convensum in vitiola, & intrusiva possessione, affecerit jura contra ejus auctorem, qui nisi ejusdem bona concessisset, esset eorum dominus, ac legitimus possessor, cum tunc iste de facto reus, ac possessor, de jure tamen pro actore potius in hoc proposito habendus veniat, ut bene in hujus causæ decisionibus advertitur; Incongruum siquidem esset, atque inconveniens, ut intrusus, vel poliator, sive attentator; ita possessor dicendus esset dicta æquitate dignus, vel qui proprium auctorem ita supplantare studet cum datae fidei violatione.

Et hic erat casus, quoniam cessionarius bona obtinuerat à venditore sub pretii fide, qua violata, seu non adimpleta, iure intrusivè, vel spoliatoris habendus videbatur, ita fraudulenter, aliena bona captando, atque proprio auctori quaestionem refricando, quod in jure damnatum est per text. in l. si quis conductio. C. locat. cujus dispositionem, vel rationem locum habere in omni materia, omnique casu, in quo quis rem ab alio obtinet, eumque in auctorem agnoscat, est hodie receptissima propositio, super qua multa de more cumulat Add. ad decis. 420. p. 4. ver. tom. 2. ex num. 50. & nimium frequenter insinuat in omnibus ferè tit. seu materiis.

Ita enim latissima via fraudibus, ac alienorum bonorum usurpationis aperiretur, quoniam curaret quilibet sub titulo emptiois bona obtinere, habita fide de pretio, deinde contra venditorem antiquatas praetensiones inquirere, earumque cessionem reportare contra omnem rationem; unde intrare quoque videntur ea, quae hoc eod. tit. & sub altero de tutorib. & administr. ac alibi habentur de voluntariis cessionibus non reportandis per tutorem, vel administratorem contra pupillum, aut alterum sub administratione viventem.

In proposito autem huiusmodi regulæ, seu conclusionis deductæ ex dispositione didorum iurum in l. per diversas, & l. ab Anastasio, ut pluries disputandi occasio dedit praesertim in una Rom. inter Ducent Bonellum, & Ducent Siortiam, ac in aliis, advertere consuevi, erroneum esse, eandem conclusionem ita mordicus, ac ad litteram attendere, cum intelligenda venire discretè pro facti qualitate, habita ratione periculi, cui cessionarius se exponit in huiusmodi incertæ alicæ acquisitione, amittendi summam solutam, ac expensas faciendas, nec non alicuius praemii ejus laboris, & diligentiae pro huiusmodi cessione reportanda ad mensuram bonæ, vel malæ fidei pro facti qualitate, & circumstantiis, ex quibus prudenti arbitrio ista materia regulanda est, ut praesertim ceteris relatis advertitur per Rot. dec. 44. p. 11. rec. nu. 9. & 11.

Praesertim verò habenda est ratio qualitatis debitoris, contra quem jura acquiruntur, non solum ratione majoris, vel minoris idoneitatis, sed etiam qualitatis, ob quam creditor

cogatur diminuat debiti satisfactionem recipere, puta quia fit Baro, unde recipere oporteat per viam Congregationis Baronum pecuniam vinculatam minus valentem, seu quod aliis idem vinculum reculari non possit juxta casus, de quibus supra disc. 53. & seq.

Ac etiam in casu, quamvis voluntariae cessionis, ponderanda venit qualitas cedentis, ac illa ejus, contra quem fit cesso, quia nempe sit potens, ac oppressor creditoris, qui cogatur alteri potenti ejus jura cedere cum similibus pro facti qualitate.

In hujus causae decisionibus admiffa quoque; fuit altera hujus cessionis nullitas per Scribentes in contrarium ex eo deducta, quod ageretur de cessione facta in potentiorum, qualis ratione clericatus diceretur, Francisc. ex deduct. per Natt. conf. 47. nu. 39. & conf. 31. nu. 11. Roland. conf. 380. nu. 27. lib. 2. cum alijs per Belleit. disquis. cler. tit. de discipl. cler. §. 21. nu. 26. & in dec.

Verum id continere videbatur unam de solitis Legistarum ineptiis, in decisionibus deductam, potius ex inadversitate extensoris, vel ejus amanuensis, quam ex sensu Rotae, Tum quia qualitas clericatus causat solum potentiam, quando per eam efficiatur deterior conditio alterius juxta ponderationes, de quibus praesertim in Placent. sub tit. de emphyt. ac etiam occasione alterius qualitatis, ex qua potentia resultat, ut plene advertitur in Bonon. transactionis cor. Merl. inter Just. dec. 799. & in eadem coram Verospio deef. 173. & 228. p. 7. rec. Tum etiam, quia non mutabatur persona debitoris, dum idem erat debitor, & cessionarius, eademque qualitas clericatus aderat de tempore contracti debiti; Ac etiam, quia cedens erat Ecclesia, nempe Monasterium Monialium; Ea vero, quae deducit Belleit. ubi supra percutiunt terminos diversos, ubi scilicet clericus cessionis procuraret ad industriam, & negotiationem, ob istam clericis prohibita; quod nihil facit ad rem, Ideoque in decisionum extensione major circumspexio desideranda videtur, pro ipsius Tribunalis majestate.

ANNOT. AD DISC. LX.

Ad materiam text. in l. per diversas, & l. ab Anastasio Cod. mandati, de quibus in presenti disc. ex nu. 9. habetur infra disc. 145.

ROMANA PECUNIARIA SEU SALARIUM PRO JOSEPHO MARTELLINO CUM COMITIBUS DE ANGUILLARIA.

Causa decisus per Rotam pro Josepho.

An creditor impediatur exigere creditum certum, & liquidum pro debito illiquido pendente a redditione rationum administrationis, adeo ut intret compensatio, necne.

SUMMARIUM.

- 1 Adh series.
2 Resoluciones cause.
3 De salario Causidicorum remissivo.
4 Administrator praesumitur satisfactus ex bonis administrationis.
5 De conclusioe, ut aliqui ad liquidum non detur compensatio, quando procedat.
6 Administrator non potest dici debitor, vel creditor ante redditas rationes.
7 An dispositio text. in l. unica §. exactio, C. de rei uxor. act. continet quid speciale.
8 Et quando ejusdem l. dispositio limitetur.
9 Quod istae questiones decidende sint pro facti qualitate.
10 De materia Bullae Archiepiscopi moderatrix Bullae Baronum remissive.

D I C S. LXI.

Cum Franciscus, probus causarum Patronus, occasione patroni praestare soliti Comiti de Anguillaria, ejusque fratri, ob eorum absentiam, economicam administrationem effectum activorum, & passivorum aliquo notabili tempore quoque habuisset; Omnibus defunctis, Josephi ejus filius, iudicium instituit contra dicti Comitis filios, & haeredes pro salario utriusque servitii, & introducta causa in Rota coram Verospio.ubi die 13. Junii 1663. prodiit resolutio, salarium deberi pro toto tempore servitii, reservato ut videretur de opposita redditione rationum;

Reproposita vero causa fuit die 24. Martii 1664. ob votorum scissuram editus fuit discursus, quandoque praestari solitus, ac reasumpta disputatione sub die 3. Junii 1665. prodiit resolutio praecedentis reformatoria, dividendo scilicet salaria, ut in illo pro administratione economica, obfisteret exceptio redditionis rationum, secus autem in altero ex causa patrocini.

In his autem disputationibus de pluribus actum fuit, & praesertim circa salarium ex causa patrocini, an deberetur, cum de illius conlatione non constaret, five an praesumeretur solum, vel quomodo taxandum esset, & de his agit in sua sede sub tit. de judic. in prax. seu relat. Cur. occasione agenda de Advocatis, & Procuratoribus.

Quatenus vero (praesupposito utriusque salarii debito) pertinet ad punctum, an ejus affectu obfisteret dicta exceptio redditionis rationum; Mihi pro Josepho actore scribenti, probabilis, beneque fundata ysa fuit ultima resolutio reformatoria distinguens diversas salarii species, illud etenim ex causa economice administrationis recte denegatum fuit; Tum ex praesumptione, quod administrator habens in manibus pecunias principalis, sibi ipsi satisfecerit, ex iis, quae circa hanc praesumptionem in tutore, vel alio administratore habentur sub tit. de Tut. & Curat. disc. 10.

Tum etiam quia conclusio de non admittendo compensationem crediti liquidi cum debito illiquido, quale dicitur illud, quod pendet a redditione rationum, ante quarum dysfunctionem incertum est, an administrator, debitor, vel creditor sit extitatus, procedit ubi agatur de compensatione crediti, & debiti ex diversis causis, secus autem ubi utrumque proveniat ex eadem causa, eademque ratione, vel administratione; Tunc etenim, quamvis DD. pro quodam loquendi usu adhibeant compensationis terminum, at tamen verè est impropria loquutio, cum compensatio proprie cadat, ubi agatur de debito, & credito ex diversis causis, ex iis, quae plures in praecedentibus habentur super ista compensationis materia; Secus autem ubi provenit ex eadem causa ut supra, tunc etenim dicitur notis calculus datus, & accepti, seu contractus, seu idem negotium, ut ita distinguendo antiquioribus relatis Munoz. de ratio. cap. 10. & c. 12. Galeot. l. 1. contr. 41. num. 8. & 9. l. 2. contr. 62. num. 12. Cypic. Lat. consult. 73. nu. 27. & 28. & dec. 25. nu. 22. Rota dec. 231. nu. 28. par. 9. recet.

Quoverò ad alteram salarii speciem ex diversa causa, regula est, compensationem non intrare, ex certa juris propositione infirmata disc. praec. & alibi pluries, quod liquidum ad illiquidum non datur compensatio, cum ex pluries infirmatis, administrator ex causa administrationis, non possit dici, neque debitor, neque creditor, donec sequatur rationum redditio juxta terminos text. in l. unica §. exactio C. de rei uxor. act. cum ibi communiter notatis; Quamvis enim aliqui credant dictam legem continere dotis privilegium speciale, at tamen verius est contrarium, ut non sit privilegium, sed ratio, quae tamen in muliere creditrice ex causa dotis facilius intrat, cum ea majori commiseratione digna sit, cum non praesumatur habere alia bona praeter dotem, ex cujus fructibus vivere debet, ut advertitur in sua materia sub tit. de dote praesertim disc. 94.

Bene verum, quod licet talis sit regula, ea tamen, etiam in muliere ex causa dotis creditrice filiorum, quorum tutelam administravit, de qua loquitur textus praedictus, multò verò magis in alio privato administratore, limitatur ubi probabiliter constet, quod ad ejus manus tota pecunia pervenerit, ut de ejus credito potuerit sibi commodè satisficere ex deduct. d. disc. 94. sub tit. de dote, ubi de istius limitationis intelligentia, seu declaratione, ubi scilicet obvenit pecuniarum sit talis, quod ex facti qualitate praesumptio ureat, ut ea penes administratorem remaneret, secus autem ubi, licet ex partibus accepti constet de magna obventione, at tamen ob administrationis qualitate constet, vel saltem sufficiens fumus adde equivalentis erogationis in administrationis causam, ut in hac facti specie concurrere videbatur, quod scilicet ex clausulis rationum, quae supponebantur etiam ab ipso Francisco vivente redditae, constaret quod singularis annis major esset quantitas dati, quam accepti, ita suadente qualitate principalium, tam ob eorum substantiationem, quam etiam ob notabilem quantitatem fructuum, vel usurarum, quibus subiacebant ex causa artis alieni, pro quo eis defunctis, haereditum pupillarum tutores, prudenter, ac opportunè processerunt ad venditionem Castris juxta seriem, de qua sub tit. de feud. ad materiam Bullae Baronum. disc. 99.

Hinc

Hinc proinde hujusmodi quaestiones dicuntur potius facti quam juris, & consequenter certam, ac determinatam non recipiunt regulam, seu decisionem, quae in singulis casibus pro eorum qualitate, & circumstantiis diversa est prudenti arbitrio, an scilicet administratio sit talis, ut administrator verisimiliter sibi satisfecerit, necne; Ideoque ut pluries in omni ferè materia advertitur, nimis evidens ineptia est eorum, qui juxta pragmaticum stylium, insistent in solis doctrinis, vel decisionibus pro uno casu editis, generalem ex eis constituendo regulam omni casu applicabilem.

Ista verò controversia occasionem dedit quaestioni, de qua ad materiam Bullae Archiepiscopi habetur actum d. tit. de feud. ad materiam Bullae Baronum. disc. 87. an scilicet scientia fidei commissa, quam creditor habeat, aequipolleat formae d. Bullam Archiepiscopi inducitur, ut propterea Bulla Baronum non intret.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptio redditionis rationis, quando retardat.
2 De salario Causidicorum.

ANNOT. AD DISC. LXI.

cum duobus seqq.

Exceptio redditionis rationis, & an & quando retardet creditum habetur sub tit. de dote disc. 94. & in cod. tit. disc. 183. decisiones autem enunciatæ in disc. 61. sunt impressae q. 14. rec. dec. 84. & 168. excepta ult. 3. Junii 1665.

De salario Causidicorum, & de quo remissive agitur in disc. 61. nu. 3. habetur actum in hoc cod. tit. disc. 158. ubi de concursu Advocatorum, Procuratorum, Copistarum &c. & notatum est ad disc. 18. de Tutor. & Curat.

VITERBIEN. CAMBIORUM PRO JOANNE BRUNACCIO CUM MANCINIS.

Causa disputata coram A. C. & in Signatura, resolutus pro Joanne.

De eadem materia, An scilicet creditor ex una causa, obfistat exceptio redditionis rationum administrationis diversae; Et in specie, an socio, qui in causam negotii socialis propriam pecuniam, cum particulari contractu creditur, dicta exceptio administrationis obfistat.

SUMMARIUM.

- 1 Adh series.
2 Socius particularis potest mutare negotium sociale, seu alias cum eo contrahere.
3 Simulatio personae non est damnata.
4 Praesumptio est, ut socius crediderit negotii socialis pecunias proprias, non autem illa negotii.
5 An, & quando administratori obfistat, ut non possit dici creditor, nisi reddat rationes.
6 De eodem.
7 Socius non opponit consocio de non redditis rationibus, si ipse quoque administravit, & rationes non reddidit.

D I S C. LXII.

Assumpto negotio sociali mercium, fuit fundaci, inter Brunaccium ditorem, & Mancinis inferioris fortunae operam, ac industriam magis adhibentes, sub lege, ut capta penes Brunaccium esse deberet; Cum pro ejusdem negotii servitio, quidam Nicolettus instituit, habens mandatum ad accipiendum pecunias ad cambium, sub isto contractu certam summam accepisset à quodam Urbis negotiatore postmodum declarante quod essent dicti Brunaccii, ipseque nudum nomen haberet, hinc statuto tempore, idem Brunaccius pro dictae pecuniae, & fructuum ascensione, à negotio sociali (deducta propria virili) contra socios agendo coram A. C. post aliquas disputationes mandatum exequentium obtinuit, à Signatura Justitiae quoque canonizatum, cum clausula sine praesudicio, quae juxta frequentem praxim pro mea notitia controversiae finem dedit, dum amplius de causa cauta non audivi.

In his disputationibus in utroque Tribunali habitis, duae erant Reorum conventorum exceptiones; Primò scilicet, quod cum Actor haberet caplam, & pecunias negotii socialis, praesumendum esset, ut istas potius, quam proprias

pro ejusdem negotii occurrentis erogasset, vel erogare debuisset, idèquè malè ad proprium commodum sub simulato nomine alterius negotiatoris Urbis, dictum contractum cambii iniisset; Et secundo quod in omnem eventum, ubi etiam esset creditum proprium, & particulare, praesumeretur, quod sibi ipsi satisfecerit de pecuniis ad ejus manus obventis, donec per redditionem rationum doceret de contrario, ac propterea obfisteret exceptio illiquiditatis, ex recepta, & frequenti conclusione, quod administrator dici non potest debitor, neque creditor ante redditas rationes.

Scribens pro Actore, circa professionis initia, cum sensu etiam veritatis, per Judices etiam agnitæ ut supra, contrarium probabilius esse dicebam, quodque neutra exceptio subsistentiam haberet; Quatenus enim pertinet ad primam, cum non ageretur de societate universalis omnium bonorum (qua posita, & durante, inter socios non datur distinctio mei, & tui, sed quilibet omnia in solidum pro communi possidet) Sed ageretur de societate particulari, ob illam reduplicationem personarum formalium, quae verificabilis est in eadem persona materiali, hinc nulla datur implicancia, ut unus ex sociis ex persona propria, & privata contrahere possit cum se ipso, tanquam socio in causam negotii socialis, cum fingatur personae omnino diversae, perinde, ac si esset omnino extraneus, vel tertius, ut in specie caeteris relatis firmatur per Rotam dec. 533. n. 3. p. 3. rec. & dec. 273. & n. 7. & 8. p. 4. tom. 2. cum alijs, quae habentur sub tit. de cambiis disc. 4. ubi in specie de pecunia data ad cambium per unum ex sociis negotio sociali, nullaque in eo casu dubitatio habebatur super ista compatibilitate, sed quaestio erat super alijs ibi deductis, & praesertim circa necessitatem interpellationis, ob illius casus particulares circumstantias.

Posita verò dicta compatibilitate, cum contractu factus esset proprius, ac privato diverso nomine, sed ad tollendum istud dubium, sub nomine alterius, ac eo personae simulatione, quae in jure permiffa est, atque non cadit sub nomine simulationis damnatae ex deductis d. tit. de camb. disc. 6. & alibi, hinc de consequenti resultabat praesumptio, quae in dubio militat pro exclusione delicti, ut de propria, non autem de socialia pecunia creditum contractum sit, donec de contrario per veras probationes vel saltem fortiores praesumptiones constet juxta doctrinam Bart. in l. patris n. 4. vers. ad dubitatur Cod. commun. utriusque judic. & in l. 2. n. 2. Cod. pro socio Alex. conf. 78. n. 4. lib. 2. & caeteri communiter per text. in l. §. defunctus ff. arbit. tutel. & in terminis specialibus pecuniae datae ad cambium per socium consocio Rot. dec. 174. num. 5. & seq. post Zaech. de oblig.

Et ulterius cessabat omnis difficultas ex facto, quoniam fundacum administrabat per ipsos de Mancinis, per quorum manus pecunia deveniebat ad Brunaccium caperium, undè propterea, juxta notulas, ac memoralia in hoc retinere solita, rectè sciebant quanam pecuniae quantitas esset in capsa, necne; Ideoque non dedissent mandatum dicto institutori, seu negotii ministro ad capiendas pecunias sub interuentibus pro negotii indigentis, vel opportunitate, sed requisissent caperium ad exhibitionem pecuniae socialis.

Hoc posito; Quatenus pertinet ad alteram exceptionem non redditae rationis administrationis negotii socialis, dicebam eadem quae habentur disc. praec. quod scilicet id procedat in eo credito, quod pendeat ex eadem causa administrationis, adeo ut tam debitum redditionis rationis, quam creditum, concurrat in persona, quae materialiter, & formaliter sit unica; Secus autem data personarum diversitate ut supra, quoniam sicuti extraneo creditori mutuanti negotio sociali obfistat non potest exceptio redditionis rationum, ad quam unus ex sociis teneretur, ita consociis, qui communi negotio mutuavit, esse non debet inferioris conditionis.

Nisi admittenda veniret illae aequitas d. disc. praec. quoque infirmata, ob quam admittitur limitatio text. in l. unica §. exactio Cod. de rei uxor. actio. adeo ut intret ratio circuitus, vel altera deducta ex regula dolo facti &c. Sive probabilia urgeant, ac efficacia argumenta praesumptiva solutionis factae sibi ipsi, quorum nihil ad hanc facti speciem erat applicabile.

Clarius verò, quia iidem consocii de hac exceptione opponentes, quoque administraverant, atque premebantur eadem obligatione reddendi rationes, unde propterea intrabat conclusio, quod ubi unus ex sociis quoque administravit, non potest consocio opponere de non redditione ratio-

rationum; Tum ex mutua compensatione; Tum etiam ex altera propositione, quod actoris onus est docere de impleto ex parte sua, priusquam de hoc defectu possit alteri obijcere Alexan. conf. 47. n. 12. lib. 1. Castren. conf. 126. n. 1. lib. 2. Rot. apud Buratt. dec. 546. n. 7. & 8. in Romana redditionis rationum 14. Decemb. 1618. coram Manzanedo, & in aliis.

RHEGGINEN. PECUNIARIA PRO JOANNE GALABRO CUM CAROLO VITALE

Casus disputatus coram A. C. & in signatura, resolutus pro Carolo.

De eadem materia; Et an creditor obftet exceptio compensationis ejus, quod ipse debeat debitori, tanquam haeres alterius, cum credito proprio.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad series.
2 Quod nemo possit proprio auctori refricare quaestio- nem.
3 An cum haerede compensetur creditum proprium cum do- bito hereditario.
4 Distinguitur inter haerem beneficiatum, & non ben- ficiatum.
5 Quod etiam haereditario obftet factum auctoris non reddit rationibus.
6 Declaratur, quando id procedat.
7 Quando contra haerem relaxatur mandatum contra personam, & bona propria.
8 De eodem, & quod equitate sua deditur admittatur com- pensatio, vel retentio alia non competens.

D I S C. LXIII.

Ad instar coram, quae habentur supra in Neapolitana, seu Tranen. disc. 60. agere curavit Joannes Leonardus, quoniam postquam a Livia vidua Martinelli emerat praedium habita fide de pretio, cum obligatione solvendi interim fructus, obtinuit a Basilio Martinelli creditore sibi cedi creditum aequivaens, ac forte majus, Unde Carolo Liviae interim defunctae filio, ac haerede cum pulsante ad solutionem, opponerat de compensatione cum dicto credito in eum supervenit contra actoris partem, cujus etiam erat haeres cum beneficio legis, & inventarii; Et introducta causa coram A. C. dicta exceptione non obstant, contra Joannem Leonardum (pro quo scribebam) relaxatum fuit mandatum exequutivum, a Signatura Justitiae quoque canonizatum, cum clausula sine praesidio, quo controversiae finem dedit.

In disputationibus autem desuper habitis in utroque Tribunali, duae fuerunt inspectiones, una facti, in qua certatum fuit inter causas Patronos, an praedium esset hereditarium Martinelli debitoris, ac patris actoris respective, venditum a Livia tanquam de facto turric communium filiorum, vel potius esset proprium ejusdem Liviae; Et altera juris super effectibus exinde resultantibus.

Quatenus pertinet ad hanc secundam inspectionem, in qua erant Advocatorum partes, praesupposito facto ex parte actoris justificato, quod praedium esset proprium Liviae venditricis, vel tanquam fundus dotalis ab initio datus ingratissimus, vel pro quantitate datus estimatus, atque per eandem reassumptus ex privilegio resultante a dispositione text. in l. in rebus C. jur. dot. super quo nimium disputatum fuit, quamvis, reflectendo ad veritatem, disputationem non merebatur, quoniam cum Reus conventus illud emisisset ab eadem Livia vendente tanquam proprium, non erant ejus partes impugnandi dominium proprii auctoris iuxta terminos textus pluries, & omni materia enunciati in l. quibus condictionis Cod. loc. super quo ad nimiam societatem plura colligitur Addition. ad dec. 420. p. 4. rec. 1. 2. ubi de pluribus illationibus.

Quia vero actor erat etiam haeres patris debitoris, unde propterea duplicem hereditariam qualitatem habebat, creditoris, ac debitoris respective; Hinc proinde examinata fuit quaestio, an haereditario debitori proprio, obijci valeat a debitore compensatio debiti hereditatis per ipsum possessore; In hac autem quaestione, pro affirmativa, ego deducebam auctoritatem Fabr. in Cod. lib. 2. tit. 23. de compensat. in diffin. 9. cum aliis relatis per Amat. resolut. 17. num. 2. & per totam.

E converso autem, Scribentes pro auctore deducebant speciales auctoritates Graff. de except. c. 16. n. 54. Grat. disp. 948. n. 2. qui firman, ut haereditario agenti pro credito proprio obijci non possit compensatio cum debito defuncti.

Reflectendo autem ad veritatem, nihil, quamvis pro succumbente scribenti, probabilis visa est resolutio, quae fuit iuxta votum (ab initio tamen, quod assumptus fuit ad scribendum, pro stylo insinuatum) stante circumstantia, quod ageretur de haerede cum beneficio legis, & inventarii, non autem simplici, & cum qua distinctio advertebam dictam quaestionem decidi, ac opinioniones conciliari debere.

Ubi etenim ageretur de haerede simplici, qui valide hereditatem ita adierit, cum tunc cessante inventarii beneficio verè efficiatur in omnibus una, & eadem persona cum defuncto, atque ad illius debita in solidum teneatur, adeo ut contra eum sit experibilis eadem via exequutiva, quae contra ipsum defunctum competet ex deductis per Rotam coram Celso decis. 337. nu. 4. & dec. 350. nu. 1. & sequenter; Hinc proinde, quoties creditum debitori superventum, esse certum, & liquidum (ut in hac facti specie supponebatur) adeo ut non intraret considerationes, de quibus supra d. disc. 60. nulla suppetit ratio, cur intrare non debeat compensatio, vel saltem retentio, quae ex aequitate deducta ex regula dolo facis, intrat etiam in casibus, in quibus de stricto jure compensatio non intraret, ut alibi eodem titulo advertitur.

Secus autem ubi ageretur de haerede beneficiato, quoniam, ut habetur pluries in precedentibus, iste non est verus haeres, sed potius administrator hereditatis, ab omni molestia in persona, & bonis propriis exemptus, ideoque sicuti ad solvendum de proprio cogi non potest, ita neque sibi obijci potest dicta compensatio, quae dicitur facta solutio, cum non possit plus operari factum, quam verum; Cumque in iuris propriis fingatur persona omnino diversa ab illa heredis; Hinc intrat certum principium, quod a credito proprio ad debitum alienum compensatio intrat, atque cum hoc praesupposito inventarii vera est conclusio, de qua apud Graff. & Gratian. ubi supra.

Et quamvis ego scribens more Advocati circa professionis initia, nimium insisterem in duabus in casu suo veris conclusionibus, super quibus, more juvenum, copiosae deducebam allegationes, ita inutiliter pro consueto pragmaticorum inepto stylo chartas implendo; Primum scilicet quod paria sint non consecisse inventarium, vel consecisse ac habere in manibus de bonis hereditariis; Et secundò quod haereditas in iuris obstat factum proprii auctoris iuxta regulam text. in l. cum à matre C. de rei vendicac. quamvis esset beneficiatus, donec redditis rationibus, doceatur, de insufficientia iurium hereditatis, quae in dubio non confitio de contrario per legitimam rationum redditionem, idonea, & opulenta praesumitur, ex pluries deductis hoc eodem tit. & sub altero de fideicom. occasione agendi de impugnationibus alienationum factarum per gravatum, cujus fideicommissi successores sit haeres, & habetur etiam sub tit. de dote disc. 24. ac in ultimis decisionibus in ea causa coram Celso.

Attamen fallacia erat in applicatione, cum utraque conclusio, quatum una est alterius consequutiva, procedat, quando haeres agendo venit contra factum proprii auctoris, illud impugnano, sine infringendo; adeo ut intraret dicta regula text. in l. cum matre, sive altera text. in l. vindicantem ff. de evict. Secus autem ubi, non impugnano auctoris factum replicetur de distinctione patrimoniorum, quodque pro debito defuncti non debeat haeres beneficiatus teneri de proprio, ut ita sequeretur.

Quomodo modum enim iuxta praxim positam per Salust. 7. lib. 1. c. 43. passim receptam, in persona, & bonis propriis procedi non potest in processu exequutivo, nisi vel ubi iam certo constat, quod sit haeres simplex, & abique beneficio inventarii; Vel nisi motus ad docendum de legitimo inventarii, ac reddendum rationes, servatis solitis terminis, utrumque neglexerit, adeo ut processus exequutivus principaliter fundetur in contumacia, qua cessante, ac docto de inventario, exhibitisque rationibus, si praetendatur eas non esse bene redditas, vel non bene justificatas, sit inventarium non esse legitimum, dicatur punctus petitorii tractandus in iudicio ordinario iuxta dec. 151. Coec. repet. dec. 69. post Zach. de oblig. Cam. & in aliis, de quibus in Romana augmenti dotis 1660. coram Celso in fine, & in sua materia sub tit. de haered. pluries; Ita dicendum est in compensatione non admittenda, quoniam esset de facto cogere haerem beneficiatum ad solvendum de proprio debiti.

debitum hereditatis, cujus idoneitas incerta est contra expressam dispositionem text. in l. fin. §. & si praesatam C. de iure delib.

Ex eadem verò aequitate in proximè precedentibus discurribus insinuat, ob quam limitari solet clara dispositio text. in l. unica §. taceat C. de rei uxor. ad. quando scilicet in continentem confet de certa, & notoria hereditatis idoneitate, certumque, ac liquidum fit debitum hereditarium, adeo ut intraret ratio inanis circuitus, seu regula dolo facis &c. ubi etiam de stricto jure non intraret, compensatio, ad huc locus esset deberet aequitativè retentioni; Id autem ad hanc facti speciem applicabile non erat, quoniam, vel incontinenti constabat de insufficientia hereditatis; Vel saltem id erat valde dubium, ac altioris indaginis, ideoque ita iuste resolutum fuit, atque ego quamvis scribens in contrarium, laudavi resolutionem.

ROMANA PECUNIARIA PRO PAULO ANTONIO, ET FRATRIBUS DE CAMPIONIS, CUM CATANEO DE CATANEIS.

An creditor agenti contra debitorem, vel debitorem debitoris, obftet, sibi facta cessio nominis debitoris, seu obftet aliquid assignamentum, & quando id cententur factum pro soluto, vel pro solvendo; Sive de qua exigibilite teneatur debitor, qui cessione, vel assignationem fecit, an de illa iuris tantum, vel de natura &c.

S U M M A R I U M.

- 1 Ad series.
2 De vulneracione viae exequutivae.
3 Resolutions cause.
4 Datur distinctio in inspectionum.
5 De distinctione cedendo si quod habeo, vel quale habeo.
6 Quod videatur cessio sola spes.
7 Datio insoluto est idem, ac venditio.
8 Quid sit cessio cessus deficiat ex fundo.
9 Distinguitur species cessionis, & ubi est pro solvendo, periculum est cessionarii.
10 Cessionarius tenetur facere diligentias.
11 Quid ubi negligentia adst. positiva.
12 De aliquibus legibus in literis cambii.
13 & 14 Quid ubi cessio est pro soluto.
15 De eodem distinguendo.
16 Etiam cessio cessus solet fieri pro solvendo.
17 Ubi cessio est pro soluto periculum est cessionarii.
18 Quid si de tempore cessionis debitor erat non idoneus.
19 De iudicio auctoris in materia.
20 & 21 Quid ubi cessus est exigibilis de tempore cessionis, & postea deficiat, si promissio habet tractum successuum.
22 Quod in cessibus, vel annuis praesentationibus id ratio sit practicable, sed dari potest cessio pro soluto, & quod cessus suscipiat periculum.
23 Quomodo dignoscatur, an cessio sit pro soluto, vel pro solvendo.
24 De regula, ut in dubio sit pro solvendo.
25 An in dubio bona praesumantur data insolutum, vel in pignus.

D I S C. LXIV.

Fratribus de Campionis creditoribus Prosperi Paviae conductoris honorum Abbatiae Griptae Ferratae, cessit iste in facta cessatione, plura nomina debitorum, ac praesertim iura in summa tutorem circiter quingentum, quae a se servati consequi debere a Cardinali Commendatario locatore, ultra aliam consilium fecit pro circiter, quam prius idem de campionis per Iudicem assignari obtinuerat contra eundem locatorem, qui pullatus a cessionariis coram A. C. sententiam absolutiorum reportavit, ac declaratus fuit dicti Prosperi non debitor; Quare dicti de Campionis curam ex effectibus Prosperi defecti recuperare in causam eorum crediti quandam summam cum cautione de restituendo prioribus, vel potioribus, ac ad omne mandatum &c. cujus obligationis vigore, Catanus ejusdem Prosperi creditor, quamvis posterior, eos pulsavit coram A. C. pro restitutione dictae pecuniae, tanquam indebitae, stante quaestione in vim dictae cessionis ab eis factae debitoris, sed prodiat sententia Reorum conventorum ab-

solutoria, a qua introducta per appellationem causa in Rota coram Bevilacqua, datoque dubio ad instantiam auctoris in iudicio exequutivo, an scilicet relaxandum esset mandatum sub die 5. Julii 1655. negativa prodiit resolutio, ex solo fundamento vulneracionis viae exequutivae a dicta sententia absolutoria resultantis iuxta ea, quae de hujus vulneracionis materia habentur infra hoc eod. tit. Quare actor cedendo huic dubio, novum assumpsit in petitorio, seu ordinario, an scilicet Rei conventi tenerentur ad restitutionem pecuniarum atque sub diebus 24. Martii 1656. & 16. Aprilis 1657. coram eodem Bevilacqua affirmativa resolutio ad favorem actoris prodiit, in altera instantia coram Melcio confirmata sub die 4. Decembris 1658. Verum reposita coram eodem causa sub die 5. Martii 1660 recessum fuit ab omnibus dictis resolutionibus, atque huic ultimae Reorum conventorum favore prodiit, utpotè melius fundata, actor acquievit, adeo ut causa ulteriores progressum non haberit, dictarumque decisionum tres priores coram Bevilacqua habentur impressae p. 2. rec. dec. 85. 155. & 215.

In his autem disputationibus habitis super ultimo dubio dato in petitorio, seu iudicio ordinario, cum ex tenore cessionis, vel assignacionis clarè constaret, quod creditores, ultra assignacionem iam factam à iudice, acceptassent dictam assignacionem, seu cessionem nominum debitorum in solutum factam à debitore etiam cum clausula talia qualia &c. & cum protestatione, quod cedens teneri volebat de exigibilitate, ita cessabant quaestiones, quae habentur infra in disc. seq. Primum scilicet, an in dubio cessio facta censetur pro soluto, vel pro solvendo, adeo ut periculum nominis cessi cedat damno cessionarii potius, quam cedentis, vel è contra, & secundò consecutivè, an cedens teneatur prestare nomen cessum exigibile de facto, necnè, cum ex facti circumstantiis utraque quaestio cessaret.

Verum quia inexigibilitas non proveniebat ex debitoris insufficientia, dum debitor cessus erat nimium idoneus ad controversiam summam, etiam ad mille summam, & ultra, sed ex deficiente substantia debiti de iure, eo quia praesuppositus debitor, verè ex tunc non erat talis; Hinc proinde quaestio fuit, ac cedens teneretur de exigibilitate iuris, id est de debiti veritate, qua non extante, cessio haberetur pro infecta, vel è converso praesentem, seu sperato jure, tale quale esset, creditor conventus fuisset.

In hoc autem, quamvis Scribentes hinc inde, pro consueto pragmatico more insistenti in cumulo doctrinarum, & conclusionum, non distinguendo criticum à palea, multa involverent, à casu controversiae extranea, ut etiam in parte ostendunt decisiones, quae ipsorum Scribentium normam sequuntur; Attamen in ultima praesertim omnium acriori disputatione, in qua obtentus fuit recessus, quando Ego (ut non semel facere oportuit) ad clariorem facti elucidacionem, tollendumque equivoocum, cum quo procedebatur, Facti etiam partes compendiosè asumere coactus fuit.

Advertebam, quod distinguenda erat prima partita, pro qua tanquam pro debito certo, & liquido, praefati de Campionis obtinuerunt à Iudice sibi assignari istud nomen debitoris pro tantumdem, tanquam debitum praesuppositum certum, & incontrovertibile, ab alia consimili partita, quae in concordia inter eosdem, dictumque Prosperum, pro compendiosis aliquibus eorum differentiis cessae erat pro tali quali &c. & abique obligatione exigibilitatis.

Isto enim secundo casu rectè procedere dicebam ea, quae firmanantur in tribus primis decisionibus contra istam partem ut supra prodiit, quod scilicet d. Prosper habens hanc praesentationem contra locatorem, atque non omnino certus, an ea subsisteret, necnè, tam, talis illa esset, debet voluerit pro consimili praesentatione etiam dubia, & litigiosa, quoad è converso ista Pars, hac incerta alea contenta esse voluerit, ita incertum accipere pro incerto.

Secus autem respectu dictae alterius partitae per Iudicem assignatae, quae incidenter in dicta conventionem deducta fuit, seu praesuppositivè tanquam per certam deductionem, seu bonificationem, unde propterea cessat dicta ratio, quod in animo partium fuerit assignandi, ac respectivè recipiendi certam aeam, quo casu debitor liberatur, ac ad aliud non tenetur, sive ubi sit cedens, aliquam eviccionem non praestet, nisi ratio doli in ipso cedente, vel assignante concurrat ad terminos text. in leg. si plures in fin. ff. de evict. & magis ad rem in l. quod si in venditioe, ff. de haered. vel act. vend. ubi scilicet constat de tali cessione conditionali, sive dubitativa, puta, quia dicatur, si quod habeo &c. cum similibus; Secus autem si dicatur, quale est, quoniam id excludit

exigibilitatem de facto, non autem illam juris, quia nempe tunc verò nomen debitoris non esset, vel sit exceptio elidibile, ut in d. l. si plus, & in l. si nomen, cum l. seq. ff. de hered. vel ad. vend. atque post antiquiores ab eis relatos, ita distinguunt firmant Mant. de tact. l. 4. tit. 13. n. 5. cum seq. Cenc. de cens. q. 72. num. 23. Olea de cess. jur. tit. 7. q. 3. n. 3. & admittitur etiam in primis tribus contrariis decisionibus, in quibus nullum adest æquivocum juris, quoniam conclusiones in eis deductæ sunt veræ, sed æquivocum esset facti, seu applicationis tam circa scientiam in cessionariis, vel creditoribus præsuppositam, unde propterea intrant termini in l. si fundum scient. C. de evict. quam circa confusionem unius partitæ cum altera; Ac etiam circa præsuppositum, quod debitor cessus de tempore cessionis esset talis, sed postea desierit, cujus contractum verius erat, quoniam sententia absolutoria non faciebat cessare debitum præexistens, sed declarabat debitum nunquam existisse, utique locatorem nunquam fuisse debitorem, ob insubsistentiam præsentium Proprii conductoris, ac cedentis respectivè.

6. Ito etenim facti, quoties ex facti circumstantiis non conset, quod cedens sit dubius, an jura competant, necne, illa conditionaliter cedat, nempe, si ex quatenus sibi competant, cum tunc videatur solum spes, seu præsentio per speciem incertæ alicui in conventionem deducta, ideoque intrant solum termini doli, vel læsionis, sed supponitur veritas debiti quæcumque tunc verba cautelativa ex parte cedenti adiciantur, percipiunt exigibilitatem de facto, præsupposita tamen illa de jure.

7. Ex ea convenienti ratione, quod datio insolutorum in omnibus fraternitatem cum emptione, & venditione, eademque exigat essentialia requisita circa consensum, rem, & pretium ex deductis apud Barro. dec. 372. & passim; ideoque, sive debitor nomen debitoris eius creditor det insolutorum, sive tertius pro convento pretio, vel recompena, idem nomen, vel jus alteri cedat, adeoq. emptio, & venditionis contractum redoleat juxta dictos terminos in l. si nomen, & in l. sequenti ff. de hered. vel ad. vend. l. si plus in fin. ff. de evict. cum concordantibus, tunc oportet dare existentiam debiti, vel juris cessi, quamvis accidentaliter ob inopiam debitoris, sive ex alio casu, cesset exigibilitas de facto, quoniam alias dicitur desicere res in contractum deducta, & sic unum ex tribus requisitis essentialibus.

Hinc proinde, ubi præsertim agitur de cessione alicujus annui census, in cuius casu, ob tractum successivum frequentius hujusmodi quæstiones oriri solent, si debitoris cessi insufficientia, vel census inexigibilitas proveniat ex eo, quod de tempore impositionis census, fundus census esset jam aborsus ab hypothecis anterioribus, sive jure domini vendicaretur, puta (ut frequentius contingit) quia sit subiectus alicui fideicommissio postmodum purificatus, seu quod alias cum retractione jus debitoris sit resolutum; Et tunc, ubi etiam ex dispositione juris, vel ex conventionione, periculum nominis cessi ad cedentem, non autem ad cessionarium spectare deberet, adhuc cessionario competit actio evictiois, vel restitutionis pretii, sive regressum ad primavum eius creditum respectivè, ex dicta ratione nullitatis actus ob defectum unius ex essentialibus requisitis, dum revera ex defectiva fundi, quia sit alienus, vel hypothecatus, census cessus non erat in rerum natura, ut bene adversitur per Rot. apud Merl. dec. 639. quæ reputatur in materia magistralis, & recepta, capis canonizata.

8. Quare in ista nimium in foro agitari solita, & frequentiquæstione, super exigibilitate debiti, vel juris cessi per debitorem creditori, in censensimo, & forte longè majori numero hujusmodi controversiarum, quas in diversis Tribunalibus disputate occisio dedit, vel pro veritate respondere (omnibus ferè in idem coincidentibus) observare consuevit, ut quæstio esset potius facti, & applicationis, quam juris, potissimè verò circa naturam cessionis, an illa esset pro solvendo, vel pro soluto; Et in dubio, ubi verba, vel alie circumstantiæ aliter non suadeant, regula est, in cessio censatur potius pro solvendo, quam pro soluto juxta opinionem, in qua residet Rota, & Curia ex his, quæ ceteris relatis habent apud Dur. dec. 266. n. 17. apud Royas dec. 268. per tot. dec. 47. n. 1. cum seq. p. 10. rec. ut frequenter hoc eod. tit. advicitur.

9. Atque isto casu, cum cessio importare dicatur potius dationem, ac respectivè susceptionem mandati ad exigendum nomen, quod perseverat in dominio cedentis, hinc proinde istius esse periculum, quod contingat ex decoditione, vel alio casu nominis cessi, solumque cessionarius,

ob susceptionem mandati ad exigendum, ut regressum contra cedentem habere valeat, docere tenetur de diligentia moralibus, ac talibus, qualibus, & pro facti qualitate procius exactione, ex his, quæ ceteris relatis habentur apud Fontan. dec. 124. & seq. Altog. conf. 37. n. 28. & seq. l. 1. Rot. dec. 666. p. 4. rec. 10. 3. dec. 44. num. 12. p. 11. addud Merl. d. dec. 639. & frequenter.

10. Ubi verò cessionarius dia, seu alias exierit negligat, adeoq. si diligentiæ adhibuit, exactio sequuta esset, antequam consignisset actus decoditionis, vel alterius impedimenti; Et tunc quamvis aliquid desuper se involvere soleant, ut patet ex deductis per Greg. & Add. dec. 227. Olea de cessi. tit. 7. q. 3. à n. 39. Salg. in labr. par. 3. c. 11. n. 53. & seq. At tamen quæstio pariter facti potius est, quam juris; Istit enim dispositioe attentata, lapsus temporis, vel negligentia caulare non potest translationem dominii, & successivè periculi, ideoque in hoc sensu rectè loquuntur dicentes, ut negligentia cessionario non præjudicet; Benè tamen intrant termini actionis mandati pro illa lata, seu levi culpa, quam mandatararius præstare tenetur mandanti ob neglectum, seu male administratum susceptionem mandatum, atque in his terminis benè loquuntur tenentes diversam opinionem, ut negligentia præjudicet cessionario; Ideoque certa, & determinata regula generalis desuper non cadit, erroneumque est, auctoritates, vel decisiones de uno, vel respectivè altero casu loquentes, cuicumque applicare, sed decisio in singulis casibus pendet ab eorum respectivè particularibus circumstantiis dictam culpam redolentibus, necne.

11. In plerisque autem partibus, ubi præsertim agatur de litteris cambii cessi, seu giratis, in quibus frequentius hujusmodi quæstiones cadere solent, & de quarum casu agitur apud Royas dec. 262. & dec. 57. p. 10. rec. per leges particulares desuper provium est, ut nisi, qui litteras, vel earum giratam accepit, infra certum terminum protestationes faciat, aliasque adhibeat diligentiæ, suum sit periculum, ut præsertim in Regno Neapolitano per Regiam pragmaticeam est dispositum ex his, quæ habentur sub tit. de camb. disc. 22. nimiumque laudabile est, ut ubique ita provideretur, ad omnes lites, & quæstiones dirimendas.

12. Ubi verò ex facti qualitate constat, quod cessio facta sit pro soluto, adeoq. importet veram dationem in solutum, seu respectivè venditionem; Et tunc, ut adest inexigibilitas etiam de jure, quia nempe debitum cessum, verè non præexistit ut supra, & isto casu extra controversiam est, ex jam deductis, ut debitor non liberetur, seu cedens evictionem præstet, nisi ex facti circumstantiis constat, quod in contractum deductum sit ipsum jus incertum, si verè incerta alicui; Unde propterea in hoc esse solet quæstio facti potius, quam juris, ex singularum casuum circumstantiis, & conjecturis decidenda, potissimè verò ex quantitate præstati, seu qualitate crediti, pro quo talis cessio facta sit, ex recepta frequenti propositione, quod ex pretii quantitate delinatur contrahentium voluntas, & quid in conventionem deductum sit Alex. conf. 26. l. 4. concord. apud Greg. dec. 226. Romana apotheca, seu pecuniaria 8. Junii 1664. & inter suas dec. 607. & 644. coram Bichio.

13. Aut adest veritas, seu exigibilitas de jure, sed accidentaliter adest inexigibilitas de facto; Et tunc subsiditendum est, an id proveniat ex qualitate personæ cessionarii, qui non possit liberè exercere jura cessi eo modo, quo possit cedens, puta ob reverentiam ab ipso debeat debitori cessio, cui cedens non deberet; Sive ob diversam qualitatem in genere juxta casum, de quo sub tit. de usur. disc. 5. ubi de usuris judicatis non exigendis à christiano cessionario, quamvis quis possent à judeo cedente, atque contingere solet in forensibus incapaciis acquirere, ac exercere jura, quæ competant concivibus; Vel ubi obbet nationalitas cum similibus, atque tali casu cessum est, ipsius cessionarii, non autem cedentis esse damnum, quod ejus factu provenire dicitur.

14. Aut posita tunc veritate, seu exigibilitate de jure postmodum in toto, vel in parte resulset inexigibilitas etiam de jure, puta, quia Princeps, vel alter supremus Magistratus, qui ad id sufficienter potestatem habeat, edito, seu lege caveat, quod census, vel alii redditus ad minorem summam reducantur, seu per aliquod tempus suspendantur, ut in censibus cum Communatibus frequenter contingere solet ex deduct. per Cenc. de cens. q. 3. Rovit. prag. s. de cens. plenè Olea de cess. jur. tit. 3. q. 7. sub tit. de cens. in suppl. Sive, quod debitoribus moratorum concedatur

ex

ex causa belli, vel sterilitatis, aut alterius accidentis, ad ea, quæ ad materiam moratoris habentur collecta per Graff. de except. c. 32. cum similibus, & tunc, ubi etiam cedens utramque exigibilitatem facti, & juris promississet cum verbis denotantibus tractum successivum, ac perpetuum, adhuc istud accidens cadere debet in damnum cessionarii, cum sit casus, qui sequi debet dominium, eodem modo, quo ejus damno cedere debet amissio census in toto, vel in parte ob casuale peremptionem fundi, vel deteriorationem, ut bene probat Olea ubi sup. idque nimium probabile videretur.

15. Nisi (ut quandoque in facti contingentia practicavi) esset cessio, vel assignatio pro solvendo, non autem pro soluto, quia nempe debitor annui census impositi super ejus bonis, ad majorem ejus commoditatem, ac ad evitandum circuitum, sive (ut frequentius) ob qualitatem creditoris, in quo facilior sit exactio fructuum, vel reddituum ad communiatibus, vel ad debitoribus, talem assignationem tanquam per speciem mandati faciat, cum totum pendeat ad dominium, cujus sequela esse periculum; Ideoque istud esse debet ejus, qui est dominus, & cujus esset cominodum, quod ab incremento resularet, dum tali casu, cessionarius, vel assignatarius subiaceret periculo peremptionis fundi, super quo ejus census fundatus est.

16. Aut demum, his cessantibus, agitur de pura inexigibilitate de facto ob debitoris inopiam, & tunc, aut ista supervenit post cessionem, vel dationem insolutorum, de cujus tempore debitor cessus idoneus, & magis planum est, ubi actus est pro soluto, & non pro solvendo, ut periculum sit cessionarii tanquam domini ad text. in l. nomen ff. de hered. vel ad. vend. l. pupilli s. foror. ff. de solut. utrobique Scribesentes communiter, & alibi ex deduct. per Cenc. q. 72. n. 23. Tond. q. civ. 49. Olea de cess. jur. tit. 7. q. 3. num. 2. cum seq. Franch. dec. 108. ubi Add. Rot. apud Durand. d. dec. 666. dec. 476. post Cenc. de cens. & in aliis, de quibus infra.

17. Cadente quæstione, quando de tempore cessionis, vel dationis insolutorum esset debitor jam inexigibilis de facto, quo casu DD. nimium certant, distinguendo, an cessionarius esset censius status debitoris cessi, necne, vel è converso id innovererit cedenti, & an intret dolus, seu læsio, aut falsum præsuppositum, ut patet ex mox allegatis.

18. Mihi verò occasione plurium quæstionum desuper habitata, semper visum est, ut hujusmodi quæstiones in abstracto inanes essent, quodque iste sit unus ex erroribus procedendum cum solis dotris, ac decisionibus, illas in uno casu editas cuicumque alteri applicando, quoniam verius est, istam dici quæstionem potius facti, quam juris, in singulis casibus pro eorum particularibus circumstantiis decidendam, cum ea regula, quæ servanda est in quæstionibus voluntatis, inspicendo potissimum (ut supra advertitur) quantitatem, & qualitatem pretii, seu acquivalentiam.

19. Procedunt hæc, ubi simpliciter cessio facta est absque aliqua expressione exigibilitatis, vel ubi per verba generalia, pro consueto Notariorum formulario, dicitur nomen cessum esse bonum, & exigibile &c. quoniam tunc juxta dictam regulam, ista promissio intelligitur de bonitate, ac exigibilitate de jure nisi accedant talia verba, vel circumstantiæ, ut denotent partes sensisse etiam de exigibilitate de facto, & super quo tanquam in quæstione facti, & voluntatis præsumendum servare debet, adeo frequenter insinuatam regulam, tam in ultimis voluntatibus, quam in actibus inter vivos perpetuo servandam, ut non immerandum sit in nuda formalitate verborum; sed attendi debeat substantia voluntatis ex facti circumstantiis, quibus verba famulentur, cum frequenter Notarii, transcribendo omnia ex eorum formulariis, adiciant ea, quæ in contrahentium intentione nunquam fuerunt.

20. Quatenus verò, ex verbis, vel aliis constet, ut etiam exigibilitas de facto promissa esset, & tunc in simplici debito, quod non habeat tractum successivum, congruere videntur ea, quæ habentur supra de casu cessionis factæ pro solvendo, & tanquam per speciem mandati dati ad exigendum nomine ipsius cedentis; Ubi verò agatur de debito habente tractum successivum, puta de annuis censibus, in quibus hujusmodi quæstiones frequentius contingere solent, & tunc si verba non habent tractum successivum, ac perpetuum, quia nempe non accedat obligatio semper, & perpetuo manentem cessionarium in pacifica, & libera exigibilitate tam de jure, quam de facto, virius est, ut id intelligendum veniat discretè arbitrio boni viri per aliquos

annos, puta quatuor, vel quinque juxta d. dec. 476. n. 4. & seq. post Cenc. de cens. repet. inter illas Cocc. passim in Curia receptam, ac admittam in proximè allegandis decisionibus; Secus autem, ubi accedant verba, & pacta perpetuitatem ut supra denotantia, quæ tunc sic dicendum sit, ut ita distinguendo ceteris relatis firmatur in Novar. pecuniaria 26. Junii 1652. coram Bichio inter ejus impress. dec. 518. & in Tudertina census 8. Martii 1653. coram Meltio, (in qua causa ego scribam) & sequenter in aliis, quoniam cum hac distinctione passim in Curia proceditur absque alio discursu, vel examine.

21. Id autem ita generaliter, ac indefinitè sumptum, mihi in annuis censibus nunquam placuit, cum sit ambulare in cæca fide, eo quia sic aliquando dictum fuerit, non distinguendo, quomodo, & quare; Difficilis enim, vel nimium rarus est casus, in quo detur census idoneus de tempore impositionis, & postea ex solo casu inopie debitoris fiat minus idoneus, dum præsupponendus esset fundus capax, & liber, quem cessionarius contra quemcumque tertium possessorem persequi potest, atque tenetur; Insufficientia verò contingere solet ex deficientia fundi verè & intrinsecè, militante etiam de tempore impositionis, vel cessionis, quamvis postea detecta sit, quia nempe ab hypothecis anterioribus absorbeatur, vel quod ob purificationem fideicommissi, vel cessatam investituram, resolvatur jus possessoris, cum similibus, in quibus cessio est, quia intellexerit velle censum bene impossum super fundo libero, & capaci; Atque tunc inexigibilitas dicitur esse potius de jure, quam de facto, cum ab initio census liber, ac perpetuus verè non præexistat juxta dicta d. dec. 639. Merlin.

22. Ubi autem exigibilitas verè proveniat à casu postea contingente, & tunc posita circumstantia, seu qualitate cessionis ut sit pro soluto, non autem pro solvendo, id improprium videretur, quod scilicet census efficiatur de dominio cessionarii, & tamen periculum sit cedentis; Licet enim pro facti qualitate, impossibilis non sit casus conventionis, ut venditor suscipiat in se periculum casu fortuiti in re vendita contingentis; Attamen id non est presumendum, magneque concurrere debent circumstantiæ, ob quas ab hujusmodi conventionibus, nimirum suspensio tollatur; Nisi, ut dictum est, cessio esset magis pro solvendo, redolens potius mandatum datum ad exigendum, tanquam simplex assignamentum.

23. Quando autem cessio facta dicatur magis pro solvendo, quam pro soluto, vel è converso; Quamvis nimium controversum sit inter Scribesentes, qui involvere se videntur, atque præsertim acriter disputatum fuit in Neapol. pecuniaria, seu cambiorum inter Hieronymum, & Angelum de Vallavicinis cum Vincencio Velluto, in qua Rota variavit, modò respondendo pro cedente, & modò pro cessionario, ut patet ex deductis in causa disc. seq. Verius tamen est, ut procedat idem, quod supra insinuat, quod scilicet erroneum sit, certam, ac determinatam regulam desuper statuere, vel doctrinas, ac decisiones aliquos casus percipientes, quibuscumque aliis indefinitè applicare, cum decisio pendeat ex singularum casuum circumstantiis, unam, vel alteram voluntatem denotantibus; Suffragante solum regula superius insinuat, ut juxta magis communem, atque in Curia receptam opinionem, ubi præsertim agitur de creditis juris consistentibus in litteris cambii, vel ordinibus, seu apocis &c. cessio præsumatur potius pro solvendo, idque attendi debeat in casu dubio, & quando aliæ non concurrant probationes, vel fortiores præsumptiones istam præsumptionem suffocantes; Ad eod. licet cum Responsis super ista materia solum datis integro volumine fortè confici possent; Attamen in effectu est continuata repetitio eorumdem propositionum, modo pro una, & modo pro altera cessionis, vel assignationis qualitate respondendo, pro facti circumstantiis; Eodem modo, quo habetur infra super consimili puncto, an bona per debitorem simpliciter data creditori, censentur in solutum, vel in pignus cum similibus.

ANNOT. Ad Disc. LXIV. & seqq.

Agitur in his discursibus de quæstione, an & quando cessio, vel assignatio facta dicatur pro solvendo, vel pro soluto ad effectum periculi, &c. Videantur deducta sub tit. de Regal. disc. 22. disc. 27. disc. 134. & 135. hoc eod. tit. de cred.